

U. q. 17, 8



36
TYROCINIUM JURIDICUM
De
FIDE JUSSO-
RIBUS.

Quod
Fortunante Benignissimo Numine
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
DOMINO FRIDERICO,
Duce Saxoniae, Juliaci, Cliviae
ac Bergae &c.

*Consensu Magnifici ac Nobilissimi, in Inclutâ LL. Nutrice
Salanâ, Jctor. Ordinis,*
PRÆSIDE

Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo, atq; Excellentissimo
DN. ERNESTO FRIDERICO
SCHRÖTERO J. U. D. & Professore Publico Fa-
migeratissimo, Consiliario Saxonico Eminentissimo, Facult. Juri-
dicæ ut & Scabinatus Assessore Gravissimo, Patrono, Præceptore, &
Promotore piè æviternum devenerando

PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTIT
In Acroaterio Jctor.

Horis consuetis

Die Decembr.

WOLFGANGUS FRIDERICUS Stromeyer

Ulmensis Suevus.

ANNOM. DC. LIV.

JENÆ,

TYPIS JOHANNIS NISII.

THEOCINUM JURIDICUM

FIDELISSIMO

RIBIT

DOMINUS OF RIBIT

SCHROEDER & CO

TYPOGRAPHISCHES INSTITUT

1845



I. N. D. N. J. C.

Duos esse præcipuos cavendi modos, Pignora & Fidejussores, neminem, qui vel per transennam in augustissimum Juris nostri sacrarium intropexit, latere potest, innumeris legibus hos ad nauseam usq; inculcantibus, adeò ut si quis illas coacervare & enumerare velit, in meridie lumen accendere videatur, &

Icaria numerum dicere tentet aquæ.

Utut autem uterque dignissimus sit, qui studiosi adolescentis ingenium exerceat, mihi tamen, non temeritate quâdam, aut profectus meos (quos nullos ego, ne dicam exiguos, in me deprehendo) ostentandi huic ætati aliàs non insolenti pruritu, sed hortatu magni Viri, cui nostra studia arbitrari jus fasq; est, alas libraturæ, certis de causis posterior arrisit, quem carbone saltem & pingui quod dicitur Minervâ adumbratum censoriæ tuæ virgulæ Themidos sacris operata juvenus, Romanum rigorem haut metuens hæc vice submitto. Quod igitur felix faustumq; fiet, ad rem ipsam facto verborum compendio nos accingimus.

In omni autem re tractandâ duo attendenda sunt, quorum unum ^{1.} est *ὀνομαζλογία*, alterum *πραγμαζλογία*. *ὀνομαζλογία* consistit in *ἐτυμολογία*, *ῥημωνυμία* & *συνωνυμία*. Solemne est omni- ^{2.} bus methodi studiosis non Philosophis solùm sed & JCtis, Etymologiam, quæ *ὀνοματὰ δὴς* seu Nominalis definitio dicitur, ei quæ rei est & *πραγματὰ δὴς* vocatur, præmittere, & primò omnium in vim vocis inquirere, idq; certè non sine ratione, cum enim nomina sint rerum symbola, prius aliquem nosse oportet, unde nomen alicujus rei descendat arg. *l. i. ff. d. J. & J.* Est igitur Etymologia quasi janua, quæ ad penitiorum rei cognitionem nos deducit, vel putamen, quo nisi fracto ad nucleum pervenire facilè non datur. Tritæ huic insistentes viæ, unde, & quid secundum nomen Fidejussio sit quærimus: Est autem Fidejussio ^{3.} compositum ex voce fides & jubeo. Fides aliàs est quando quis credit se esse Dominum alicujus rei, & dicitur cum apposito bona fides *l. 109. ff. d. V. S. S. 35. l. d. R. D. & passim l. ff. & C. D. Usuc.* Vultejus illâ per illasam conscienciâ describit *Jurispr. Rom. lib. 1. c. 7.* Aliàs stricto juri opponitur, sic dicuntur contractus bonæ fidei ex quibus præstatur id quod bonum & æquum
 vide

videtur licet non convenerit *l. 2. in f. & l. 5. in pr. ff. d. O. & A.* stricti
verò juris, in quibus nil, nisi quod expressum, præstatur *l. 99. ff. d. V. O.*
& Actiones bonæ fidei, in quibus libera potestas à lege permittitur ju-
dici ex bono & æquo æstimandi quantum actori restitui oporteat; stricti
juris, in quibus adstrictus est judex pronunciare secundum naturam a-
ctioni isti à lege vel à jure datam §. 28. *I. d. Act.* Hic nihil aliud est quàm
promissio seu sponsio vinculum obligationis inducens, quo sensu usur-
patur *l. 1. pr. ff. d. pact. l. 67. ff. d. Procur. l. 11. §. 1. ff. d. Act. emt. l. 21. ff.*
locat. Verbum jubeo tribuitur 1. magis Principibus & Magi-
stratui, quàm privatis hominum voluntatibus *l. 2. C. d. mand. Princ.*
Nov. 86. per tot. & sexcentis locis aliis in Codice, hinc eorum decreta
jussiones & sacræ jussiones appellantur *l. 5. C. d. Jud. & Cælic. Nov. 114.*
in præfat. Nov. 152. c. 1. & proem. Inst. Sic Prætor jubere dicitur *l. 4.*
ff. d. juris d. l. 1. §. 9. ff. d. Collat. l. 26. ff. ad Municip. Nonnunquam &
privatis competit, & promiscuè mandatum denotat *t. t. ff. Quod jussu.*
In alio adhuc significatu sumitur, & idem dicit quod velle apud Latinos
Autores, ex quo consueta illa formula, Quod Deus ratum esse jubeat,
& hinc in rogationibus legum duo ista *ἐν τῷ ἑλληνικῷ* jungebantur: Ve-
litis Jubeatis Quirites. In hac itaque acceptione non tam mandantis
est, quàm promittentis, & securum reddentis: perinde, ac si cum cre-
ditor rogabat aliquem, vis hoc debitum tuâ fide esse? interrogatus re-
sponderet: volo: quamvis etiam mandare nonnunquam idem sit ac
velle §. ult. *f. d. sing. reb. per fideic. rel.* Est igitur fidejussio quoad vim
vocis, obligatio alteri obligationi majoris securitatis gratiâ accedens,
& fidejussor, qui suâ fide ac periculo jussit quod alteri creditum est *arg.*
§. pen. I. & l. 8. ff. b. n. t. seu qui fidem pro alio adstringit *l. 1. C. eod.*
4. Ex deductâ hac Etymologiâ Homonymia oritur; notum namque est
plures esse modos fidem suam pro alio adstringendi, idcirco quia *πᾶν*
τὸ πολλακῶς λεγόμενον ἀσφαρές, & τὸ μὴ ἐν τι σημαίνῃν εἰδὲν σημαίνῃν ἐστὶ
Arist. 3. Met. c. 5. obstaculum hoc, ne impingamus, removendum erit,
hoc pacto facilius in posterioribus progrediemur. Sumitur autem
Fidejussio vel in latiori significatu, & idem notat ac intercessio, sicq; &
mandatum & constitutum & expromissionem §. 41. *d. R. d. l. 53. ff. d.*
contrab. emt. sub ambitu suo complectitur *Wesenb. b. n. 2.* vel in stricti-
ori & proprio, & sic fidejubere denotat pro alio intercedere per stipula-
tionem *l. 5. §. 2. & 3. ff. d. V. O.* salvâ nihilominus manente principali
obli-

obligatione l. 1. §. 8. ff. d. O. & A. Certi, quid per fidejussio- 5.
nem intelligatur, jam videbimus an aliis nominibus insigniatur. Et tri-
buit jus nostrum ei alias etiam adpellationes, vocans fidejussorem Ad-
promissorem l. 64. §. 4. ff. sol. matrim. l. 5. §. 2. ff. d. V. O. l. 43. ff. d. so-
lut. Intercessorem l. 24. C. d. fidej. synecdoche generis, quia inter-
cessio ut modò dictum, latius patet l. 2. C. Ne fidej. vel mand. dot. den-
tur. ut & Accessio, quo nomine fidejussio venit l. 43. ff. d. solut. l. 34. ff.
& §. 5. I. h. n. t. Nominatur quoq; Fidejussor Latinis, Ciceroni E-
pist. ad Att. lib. 13. ep. 10. & l. 16. ep. 15. & Senec. lib. 3. d. benefic. c. 15.
Sponsor, à spondendo. Putat hic quidem Schneidew. in Comm. Inst.
princ. h. t. n. 8. differre sponso-rem à fidejussore in eo, quod ille sponte,
hic verò rogatu principalis intercedat, verum minus rectè, & contra
claros textus in l. 30. ff. b. t. l. 20. §. 1. & l. sequ. item l. 6. §. 2. ff. mand.
Trentl. & ad eum Bach. vol. 2. disp. 28. tb. 1. lit. A. Hering in tr. d. fide-
juss. c. 3. n. 32. & seqq. Rectius sentiunt illi, qui sponso-rem & fidejusso-
rem ut latius & angustius ab invicem differre statuunt, cum sponsio
non tam ad stipulationem, quàm ad pactum, pollicitationem, aliosque
contractus qui consensu aut re perficiuntur, referatur l. 7. §. 12. ff. d. pact.
l. pen. ff. d. Aleator. l. 7. d. V. S. & ibi Gothofr. Nov. 4. c. 1. Justus Meyer
in Colleg. Argent. h. t. n. 4. & sponsor etiam reus principalis dici pos-
sit, non verò fidejussor Bach. d. l. Dicitur & Præs, secundum Cujac. in
π. C. h. t. quasi præsens & Autor credendi, vel juxta Varr. lib. 4. & 5. d.
Ling. Lat. à præstando.

Absolutà Onomatologiâ ad Pragmatologiam transimus: in quâ 6.
primò se offert definitio: hæc cum rei quidditatem & essentiam perfe-
ctè exprimere debeat, eam absq; reprehensionis notâ tradere res adeò
facilis non est. Placet tamen ob rotundam brevitatem præ aliis Clar.
Dn. Hahnij in observ. ad Wesenb. h. t. n. 5. talis: Fidejussio est contra-
ctus verbalis accedens firmandæ obligationi alienæ. Generis locum
hic obtinet contractus, intellige juris civilis §. 9. I. d. Act. Cuj. ad Paul.
lib. 5. t. 7. & ad l. 5. in f. ff. d. J. & J. §. 2. & ibi Dd. I. d. J. N. G. & C.
Sic proximum & adæquatum habebimus. Reliqua verba differentię
specificæ vice funguntur, & infra in causarum tractatione enodanda
veniunt.

Definitionem divisio insequitur. Potest autem fidejussio 1. rati- 7.
one materiæ, dispesci in eam, quæ in dando, & illam, quæ in faciendo

consistit l. 65. ff. h. n. t. Hartm. Hart. 2. pract. observ. tit. 30. obs. 2. Franc.
tr. d. fidej. c. 1. n. 39. 2. ratione modi, in judicialem §. 4. l. d. Satisfat.
§. 2. l. d. Off. jud. Auth. Generaliter C. d. Ep. & Cler. hæc propriè satis-
datio appellatur & idonea cautio Ritt. in Nov. p. 9. c. 13. n. 3. nec aliter
ista satisfatio quam per fidejussores fieri potest, ut nec aliæ cautiones
prætorix l. 7. ff. d. stipul. præ. & extrajudicialem, quæ extra judicium
contractibus accedit t. t. ff. & C. d. Mand. & Fidejuss. Fr. d. tr. c. 1. n. 38.

8. Definitione & divisione traditâ suadet ordinis ratio dispicere, quo-
modo fidejussio constituatur. Et quoniam quicquid est, habet aliquam
causam sui esse Zabar. in lib. 1. post. Anal. t. 4. §. 5. in aprico erit ejus
constitutio, si secundum singula causarum gênera rem explicemus.
9. Ex illis primò occurrit causa Efficiens, quam cum omnibus aliis com-
munem habet, Consensum scilicet, & voluntatem personæ habilis, ad-
dunt communiter: expressis verbis declaratam, Wesenb. h. n. 3. verùm
hæc magis ad formam quàm efficiente m. pertinere videntur. Con-
sensus sive voluntas est anima contractus ut ait Castr. in l. 56. ff. h. t.
Nullusq; est contractus, nulla obligatio, quæ non habeat in se conven-
tionem, sive re, sive verbis fiat, nam & stipulatio quæ verbis fit, nisi ha-
beat consensum, nulla est, verba sunt Ulp. in l. 1. §. 3. ff. d. pact. Et hæc
causa dicitur Philosophis $\omega\gamma\iota\gamma\alpha\upsilon\sigma\upsilon\eta$, & est internum quasi principi-
um. $\omega\gamma\iota\gamma\alpha\upsilon\sigma\upsilon\eta$ verò, & quæ se instar externi principii habet, est vel
rogatus, vel necessitas & indigentia amici, quæ in hoc pacto adjivamus,
10. ejus enim gratiâ præcipuè hoc negotium celebratur. Hæc oc-
cassione querere, an fidejubere sit de genere permissorum, ineptum for-
san alicui videri posset, nisi quod omnes ferè tralatitium putamus, Con-
radus Pellicanus Rubeaqueus Theologus Tigurinus in dubium vo-
casset. Contendebat ille ad cap. 6. Proverb., non solum rei familiari
damnosam, sed & contra Deum & conscientiam esse fidejussionem.
Verùm indigna hæc Theologo sententia. Nec enim argumenta quæ ex
d. c. 6. versib. 5. prioribus. c. 11. v. 15. c. 17. v. 18. c. 29. v. 16. c. 22. v. 26. & 27.
ins. & c. 27. v. 13. Proverb. item Syrac. c. 8. v. 16. & c. 29. v. 18. ad 25. peti pos-
sunt (quonia n de jure civili res plana est) tanti roboris sunt, ut vel la-
tum arguem nos ab Affirmativâ dimoveant, cum oppositi textus 1.
non præcepta sint sed consilia. 2. tantum de rei familiaris dispendio
loquuntur, quò & illud referendum, quod Chilo unus è septem Græciæ
sapièntibus dicebat, comitem æris alieni atq; litis esse miseriam: & 3.
magis

magis sui quam alterius ex præscripto ordinatæ charitatis habendam
esse rationem moneant. Quin in contrarium potius nos dicimus, fide-
jussionem esse actum piûm, non solûm licitum, sed & si non explicite,
implicite tamen in operibus charitatis præceptum, id quod ipse *Syrac.*
innuit *c. 29. v. 17.* Vir probus fidejubet pro proximo: Ne obliviscaris
beneficium fidejussoris: & dives fidejussor, qui dolo se extricare labo-
rat, non effugiet poenam. Aut igitur Pellicanus necesse habet asserere,
benefacere pugnare cum Deo & conscientia, aut licitum esse pro alio
fidejubere. Deinde probant hoc exempla Sacræ Scripturæ: *Gen. 44. v. 32.*
Ruben pro Beniamine fratre fidejussisse dicitur: illustrius est in *epist. ad*
Philemon. v. 18. & seq. ubi Electum illud vas Dei Paulus: Si quid da-
mni dedit aut debet tibi, mihi imputabis: Ego Paulus scripsi manu
meâ, ego reddam. Videatur *Hering tr. de fidej. c. 1. n. 2. seqq. & Hunn.*
l. 3. var. Resol. jur. civ. tr. 5. qu. 1. allegati à *Bocero Cl. 2. disp. 16. th. 1.*
Sed ut eò revertamur, unde digressi sumus: Notanter superius dictum 11.
est, causam efficientem esse consensum personæ habilis, ad excludendas
inhabiles. Tales sunt in duplici differentiâ: Aut enim ex nullo 12.
prorsus contractu, aut ex fidejussione solûm non obligari possunt. U-
triq; vel Naturâ, vel Lege prohibentur. Generaliter & omninò ob- 13.
ligari nequeunt per Naturam 1. Infantes, cum nullum habeant intel-
lectum §. 9. *I. d. inut. stipul. & l. 1. §. 13. ff. d. O. & A.* 2. furiosi &
mente capti, hi enim nullum negotium gerere possunt §. 8. *J. d. inut.*
stipul. l. 70. §. 4. ff. b. n. r. quod nullus eorum sensus & consensus, nulla
voluntas est *l. 22. §. 7. ff. sol. matrim. l. 8. §. 2. ff. d. ort. leg. l. 40. ff. d. R.*
J. & l. 2. C. d. contr. emt. quod mente carent §. 1. *I. Quib. non est perm.*
fac. test. & propterea absentis vel dormientis loco habentur l. 4. ff. d.
divore. & repud. l. 5. §. 2. ff. d. legit. tutor. l. 2. §. 3. ff. d. jur. Codic. l. 17.
§. 11. ff. d. injur. l. 124. ff. d. R. J. immò mortui *l. 24. §. 1. ff. Rat. rem hab.*
l. 2. §. 5. ff. d. Don. l. 14. ff. locat. tales autem accipe, qui perpetuo fu-
rore laborant, non qui habent dilucida sua intervalla *d. l. 2. C. d. contr.*
emt. 3. Ebrii. Gl. in c. unusquisq; vers. qui ebrius. 22. qu. 4. & per text.
in c. sanc. 15. qu. 1. Trent. vol. 2. disp. 28. th. 2. lit. A. Hering. c. 7. n. 119. &
seqq. Franc. c. 2. n. 33. cum seqq. hi namque furiosis comparantur, un-
de *Senec. lib. 12. Ep. 84.* ebrietatem voluntariam insaniam dicit, & do-
ctissimus Hispanus Ludov. Vives alicubi: Inebriari est sensuum facul-
tates amittere, exire de potestate rationis, judicii, mentis, ex homine

- fieri saxum, pecus, quod etiam luculenter probat diversorium Neapoli à prodigiosis ebrietatis effectibus ad triremes nuncupatum. Nec valet hic, quod aliàs vulgò oggeritur, non debere quenquam rei illicitæ vacantem suam excusare improbitatem, cum damnum quod quis suâ culpâ sentit, sentire non intelligatur *l. 203. ff. d. R. 7.* in pœnam igitur ebrietatis, ad conventionis in ebrietate factæ impletionem aliquem adstrictum esse, præsertim cum ebrietas nullum delictum excuset *Trentl. sibi ipse dissentiens vol. 1. disp. 6. §. 5. lit. A.* Etenim ut de disparitate contractuum & delictorum in præsentiarum nihil dicamus, quod ille pro certo habet, conventionem scil. vel contractum in ebrietate factum esse, Negatur, cum causa, à quâ contractus, vel conventio est, consensus sc; defuerit.
14. Ob legis obstantiam generaliter obligari vetantur 1. Prodigii quatenus prodigi *l. 6. ff. d. V. O. l. 3. ff. d. Nov. l. 10. ff. d. Curat. furios.* quoniam & illi furiosis æquiparantur *d. l. 6. d. V. O. l. 40. ff. d. R. 7. l. 1. pr. ff. d. Curat. fur. l. 12. §. ult. ff. d. tut. & curat. dat.* Non frustra adjecta est reduplicativa particula quatenus: etenim ubi suam conditionem meliorem faciunt, cum hoc in casu in rei veritate prodigi non sint, nil impedit quò minus obligentur *d. l. 3. ff. d. Novatt.* Intelligimus autem prodigos hic juridicè tales, quibus bonis interdictum est. Et requirimus prævium Magistratûs decretum per *l. 27. in pr. ff. d. Minor. l. 9. §. 7. ff. d. reb. cred. l. 55. §. fin. ff. d. admin. tut. l. 1. l. 10. l. 15. ff. d. Curat. furios. fac. l. 105. ff. d. R. 7.* & rationes quas tradit *Cl. Hahn. in obs. ad Wesenb. ff. d. Curat. fur. n. 2.*
15. Pupilli sine tutorum auctoritate *pr. I. d. Aut. tutor. l. 9. ff. eod. §. 9. I. d. inut. stipul. l. 1. C. eod. l. 28. in pr. ff. d. pact. & l. 189. ff. d. R. 7.* quod nec velle nec nolle credantur, ut est in *d. l. 189.* subaudi & hic tales, qui pubertati proximi sunt, non infantes, vel infantia propinquiores, quippe qui per naturam ab
16. obligatione arcentur *§. 9. I. d. inut. stipul.* Et in hoc enumeratæ personæ omnes sibi similes sunt, quod nulla earum regulariter ne quidem naturaliter obligatur, dissimiles verò hæ duæ posteriores prioribus in eo, quod hæ alios sibi obligare possunt, illæ, excipe infantia proximos, non possunt *pr. I. d. Aut. tut. §. 9. d. inut. stipul. l. 6. ff. d. V. O.*
17. Quod dictum est enumeratas personas ne naturaliter quidem obligari, quoad infantes, furiosos, ebrios & prodigos rectè se habere videtur, illud solùm de pupillis dubium & apud Dd. controversum est, aliis eos naturali vinculo obstringentibus, aliis regulariter eximentibus, cum
- quâ

quâ posteriori sectâ & ego hâc in parte facio, motus l. 29. & l. 41. ff. d. cond. indeb. l. 59. ff. d. O. & A. Notabiliter autem addidi, regulariter, quia certis casibus eos naturaliter, & uno etiam civiliter obligari negari non potest. Videantur illi apud Magnif. Dominum Ungeaur Patronum & Praeceptorem nostrum ob mentis & menticanitiam piè de-
nerandum Exerc. Justin. 10. qu. 3. & patescet, pupillum tutoris autoritate destitutum non idoneam ad fidejubendum personam, ejusq; pro alio intercessionem in effectu nullam esse, nisi vel civiliter obligatus in casu l. 1. §. 15. ff. depos. & l. 13. §. 1. ff. d. dol. mal. vel ex fidejussione locupletior factus fuerit arg. l. 5. in pr. & §. 1. ff. d. Autor. tut. l. 13. §. 1. & l. seq. ff. d. condit. indeb. Hahn. ad Wesenb. b. t. n. 3. Franc. c. 2. n. 95. nam obligatio naturalis, quæ aliàs ad exceptiones saltem producendum apta nata est §. 3. & seq. I. d. Exc. hic præter genium suum efficacem actionem operatur d. l. 5. d. Aut. tut. l. 1. §. 15. ff. depos. l. 3. §. 4 ff. d. neg. gest. & l. 3. in pr. ff. commod. quam dativam minus rectè Dd. vocitant, ut ostendit Nobilissimus D. Praeses Patronus & Praeceptor meus debito pietatis & reverentiae cultu & vultu perpetim prosequendus in disput. suâ priori de divisionibus juris §. 4. 3. Propter legis prohibitionem ob- 17.
ligari nequeunt civiliter, servi, communionem enim jûris civilis non habent l. 68. ff. d. V. S. l. 20. § 7. ff. qui test. fac. pos. Sed eo pro nullis habentur l. 32. ff. d. R. 7. sive pro mortuis l. 59. §. ult. ff. d. condit. & demonstr. & l. 209. d. R. 7. unde fit, quod civiliter nec alios sibi obligare, nec ipsi aliis obligari queant l. 41. ff. d. pecul. quod ad jus Naturale attinet, cum hoc omnes homines æquales sint d. l. 32. d. R. 7. obligationem naturalem tam activam quàm passivam eis non denegamus l. 14. ff. d. O. & A. l. 21, §. 2. ff. b. n. t. quia verò illæ obligationes absque effectu sunt, non subsistente cum servo actione l. 13. ff. si quis caution. & l. 107. d. R. 7. insuper jure civili ex alieno contractu nemo obligatur l. 11. ff. d. O. & A. t. t. C. Ne ux. pro marit. & Ne fil. pro pat. prætoris remedio effectum est, ut dominus ex contractu servi peculium habentis obligaretur t. t. ff. d. pecul. non autem ex ejus intercessione, fidejussione nimirum vel mandato, nisi in causa peculiari, v. g. cum creditori suo solvi mandaverit. l. 3. §. 5. & 6. ff. d. pecul. l. 3. 19. & seq. ff. b. n. t. & ex hâc servi fidejussione datur actio adversus dominum in id tantum, quantum vires peculii patiuntur, deducto prius eo, quod domino à servo debetur. l. 9 §. 2. ff. d. pecul. Specialiter Naturâ repugnante à fide- 18.
jussi-

jussione excluduntur furdi & muti, qui namque stipulari nequeunt, illi nec fidejubere possunt (cum fidejussio sit stipulatio) Hi stipulari nequeunt §. 7. *I. de inut. stipul. l. 1. § pen. ff. d. O. & A. l. 1. pr. ff. d. V. O.* Ergò Et. hoc jure Romano obtinet, aliud tamen hodiè dicendum, ubi fidejussio scripturâ quoque perfici potest, ut inferius monebimus.

19. Quos lex idoneos ad fidejubendum esse non sinit, eorum iterum duo genera sunt: Quidam omninò ad fidejubendum non admittuntur, ut Milites *l. 8. §. 1. ff. Qui satisd. cog. l. 31. C. d. loc. cond.* nisi in rem suam, ut si pro suo procuratore fidejubeant *d. l. 8. §. 7.* additur elegans ratio, ne à signis & armorum usu maximo Reip. à quâ aluntur, & quam defendere debent, damno, avocentur. Ob eandem rationem nequeunt esse tutores vel curatores §. 14. *I. d. Excus. tut. vel Curat. & l. 4. C. Qui Dar. tut. vel Curat. poss.* nec procuratores *d. l. 31.* pro patre, vel matre, vel uxore etiam *l. 7. C. d. procur.* nisi in rem suam aut sui numeri nomine *l. 8. §. 2. ff. eod.* nec coguntur inviti dicere testimonium *l. 3. §. ult. ff. d. testib.*

20. Quærunthic Dd. num idipsum hodieq; in nostris militibus servetur? Et Affirmant communiter: 1. quod eadem & hodiè militet ratio, eadem igitur etiam hodiè debeat esse juris dispositio *l. 32. ff. ad L. Aquil.* 2. quod alia privilegia ab Antiquitate militari ordini concessa, nostri seculi milites propter unum & eundem finem, eademque onera illibata habeant, quæ ratio Bachovio ad Tr. v. 2. d. 28. §. 2. lit. C. non est ratio. Dum autem milites dicimus, non eorum causam agimus, qui non tam hostis, quàm rusticorum, vel potius fortunarum quas miselli possident, hostes sunt infensissimi, Harpyæ illæ, quæis Tristius haud monstrum agricolis, nec sævior ulla Pectis & ira Deum Stygiis sese extulit undis, & quæis ———— fœdisima ventris Proluvies, unæq; manus, & pallida semper Ora fame: ut graphicè tales depingit *Verg. Æn. l. 3.* Grassatores & latrones, nobis Gartbrüder vel Gartende Knechte. Hi enim cum inter milites sint quod fuci in apiario, jure militari non censentur. Sed indigitamus tales, qui in licitis bellis publica stipendia merent, & militis officium strenuè exequentur. *Boc. Cl. 2. disp. 16. tb. 6. & Cl. 3. disp. 2. tb. 58. in tr. d. jur. bell. & duell. lib. 1. c. 26. & in tr. d. tort. c. 4. n. 66. Zoës. in comm. ad π. tit. ff. d. Re Mil. n. 7. & 8. Schneidew. ad tit. I. d. test. mil. n. 8. adeatur & Bachov. ad Trextl. vol. 2. disp. 28. tb. 2. lit. C.*

21. Quædam verò personæ licet ad-

admittantur, & ex fidejussione reverà obligentur, minus tamen aptæ ob
competentia illis beneficia & privilegia existimantur. Quales sunt
fœminæ *l. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 2. 3. §. 48. ff. d. fidej.* nisi in rem su-
am fidejubeant *l. 13. in pr. l. 21. §. 1. seq. l. 27. §. ult. ff. ad SC. Vell.* idq;
propter beneficium Scti Vellejani, quo adversus intercessionem factas
munitæ sunt. *t. t. ff. §. C. ad SC. Vell.* Competit autem hoc bene- 23.
ficium regulariter omnibus fœminis non ipso jure, quantumvis obsta-
re videatur *l. 16. in ff. ad SC. Vell.* sed ope saltem exceptionis, subsistente
tam diu obligatione & actione, donec per exceptionem perimatur. *l. 6. 7.*
8. §. 2. l. 16. ff. §. 1. 2. l. 8. 9. §. 16. C. ad SC. Vell. Et hoc verum est, si pro extraneo
intervenerit, instrumento publicè confecto, & à tribus testibus subsigna-
to, sin verò pro marito, vel extra præfatam observationem se obligave-
rit, obligatio ipso jure nulla est *N. 134. c. 8.* ubi & exceptio additur hæc,
nisi manifestè probetur, quod pecuniæ in propriam ipsius mulieris uti-
litatem expensæ sint *l. 23. §. ult. C. ad SC. Vell.* Hoc hydræ capite 24.
reciso aliud succrescit. Nempe, cum inter modos amittendi hoc be-
neficium à Doctoribus renunciatio etiam referatur, in quæstionem ve-
nit, an mulier huic beneficio renunciare, & sic efficaciter fidejubere,
queat? Hic Doctores in tres factiones scindi video: Quidam planè
Negant, sufficientissimè refutati per *Auth. Matri §. Avia §. l. ult. C.*
quand. mul. tut. off. fung. Nov. 94. c. 2. §. N. 118. c. 5. l. 22. C. §. l. ult. §.
pen. ff. ad SC. Vell. Alii inter judicialem & extrajudicialem renuncia-
tionem distinguunt. Ultimi indistinctè Affirmant, in quorum senten-
tiam pedibus ego etiam eo: persuasus i. generali textu, quod favori
pro se introducto quilibet renunciare possit *l. pen. C. d. pact. §. l. 51. C.*
d. Ep. §. Cler. 2. per l. pen. §. maximè l. ult. §. pen. ff. ad SC. Vell. Nec
est quod dissentientes *d. l. ult. §. pen.* ad judicialem renunciationem
restringant, etenim cum *Bronch. ἐναρλοφάρων Cent. 2. Assert. 40. sub*
fin. Negamus *d. §.* de renunciatione judiciali accipiendum esse, cum
ibi extra jus quærat, utrum purè an cum exceptione mulier iudicium
sit subitura. Etsi maximè demus, loqui *d. §.* de renunciatione coram
Magistratu factâ, hinc tamen non sequitur, necessariò coram Magi-
stratu renunciandum esse. siquidem exemplum saltem in illo habeatur,
cuius autem notum sit, exemp. restringendi & excludendi vi non pol-
lere. *l. 1. §. 25. ff. d. V. §. V. A. l. 30. §. 2. ff. d. damn. inf.* 3. ex hâc ra-
tione, quod omittens exceptionem mulier habeatur, & revera etiam sit

B

ido-



idonea ad fidejubendum, E. multò magis ubi expressè huic renuncia-
 vit, cum major vis plerumq; sit expressi quàm taciti *l. 3. § ibi Dd. ff. d.
 reb. cred. & expressa magis noceant quàm non expressa l. 195. ff. d. R. 7.*
 Et ita sentiunt *Magnif. D. Ungep. Exerc. 15. qu. 8. Cl. Hahn. in obs. ad
 Wes. tit. ad SC. Vell. n. 9. Bronch. Évav]. C. 2. Aß. 40. Fachin. l. 2. con-
 trov. c. 60. Treutl. vol. 2. disp. 28. th. 2. lit. B. Boc. Cl. 2. disp. 16. th. 5. lit.
 B. quosq; idem ibi recenset, alii. Dissentiunt Wesenb. ad d. t. n. 9. Bach.
 ad Tr. vol. 1. disp. 25. th. 4. lit. E. & F. item Zoës. ad d. t. n. 17. & seqq.*
 25. Requiritur autem, quo fœmina renunciare possit, ut certioretur, & no-
 minatim de beneficio suo edoceatur, quod præsumtio aliàs sit igno-
 rantix, sed rei ignoratæ non possit esse remissio. *Hahn. d. l. nisi renun-
 ciatio fiat interposito juramento, tunc enim nihil interest, si certiora-
 ta sit mulier, si non, per text. in c. ex rescripto. & c. cum contingat 28.
 extra d. jurejur. cum juramentum vim specifici consensûs habeat. lau-
 dat. D. Hahn. d. l. & ad tit. d. jurej. n. 12. p. 494. Boc. Cl. 6. disp. 12. th.
 28. Gail. l. 2. observ. 77. n. 10. Tessaure. decis. 223. & Schæffer. p. 1. qu. 36. ab
 eod. relati. Zoës. ad d. t. n. 20. cum Covarr. ad c. quamvis p. 2. §. 3. n. 8.*
 26. & *Fachin. lib. 2. c. 61.* Tenendum tamen, quod renunciatio in par-
 ticulari fieri debeat, ac quod generalis non habeat effectum exclusionis
 27. *Zoës. ad d. t. n. 16.* Et hæctenus de illis personis, quæ vel generali-
 ter ex nullo contractu, vel specialiter ex stipulatione & fidejussione ef-
 ficaciter obligari non possunt, vel etiamsi ex fidejussione possint, ob in-
 28. dultum tamen privilegium minus habiles reputantur. Quid verò
 de Minoribus dicendum? Illi sicut absq; curatorum consensu ex aliis
 contractibus obligantur *l. 43. ff. d. O. & A. § l. 3. vers. Si verò. C. d. in
 int. rest. min.* ita & ex stipulatione tenentur *l. 101. ff. d. V. O.* Non de-
 sunt quidem, qui hoc ita simpliciter procedere negant, & obligatio-
 nem minoris intra certos cancellos concludunt. Verùm magis pro-
 batur *Hahnij ad tit. d. pact. n. 5. verb. Minores qui curat. hab. Zoës. ad
 tit. d. Minor. n. 45. & seqq. de O. & A. item n. 51. & 52. & Rittershusij
 ad §. 8. & 9. I. d. inut. stipul.* ita statuentium sententia, cum ob hanc ra-
 tionem, quod læsus restituatur in integrum *l. 1. ff. d. minor.* & per hoc
 beneficium ipsi satis consultum esse innumeris autoritatibus constat
l. 8. C. d. in int. rest. min. tum præcipuè ob allegatas leges, quas paulu-
 lum inspicere lubet. In *l. 43.* tribuitur obligatio patrifam. suæ potesta-
 tis, pæberi, mentis compoti, quæ omnia minori, ut conveniens pedi cal-
 ceus

ceus aptari possunt, de pubere namq; & mentis compote, non impu-
bere vel mente capto nobis quaestio est, ille autem quâ ratione quando-
que paterfam. & suæ potestatis esse negari possit, non perspicio vid. l.
4. ff. d. bis qui sui vel al. jur. sunt. & pr. I. d. tutel. Ad l. 3. quod atti-
net, asserit illa, minorem contractum facientem restitutionem in inte-
grum petere posse, restitutione autem opus non est, ubi actus à minore
gestus est ipso jure invalidus l. 16. §. 3. ff. d. Minor. quia instar privatio-
nis est, quæ habitum necessariò præsupponit. Non obest, quod dissen-
tientes excipiunt d. vers. Si verò. eum tradere casum, ubi minor curato-
rem non habuerit, quo casu ipsi, se contractus ipso jure validitatem, &
propter illam restitutionem in integrum, agnoscere, fatentur. Licet
enim hoc negandum non sit, exinde tamen non rectè infertur: Minor
qui curatorem non habet, contrahens, restituitur in integrum, & con-
tractus ejus ipso jure valet, Ergò Minoris curatorem habentis contra-
ctus absq; illius curatoris consensu factus ipso jure nullus est; unius si-
quidem inclusio non est alterius exclusio, si utrumq; sit compatibile.
At verò curator datur rebus, non personæ l. 20. ff. d. R. N. & l. 8. C. eod.
unde obligatio, tanquam jus & vinculum personæ, minori non adempta
censetur. Nec etiam facit pro illis d. l. 3. pr. quippe quod agit non de
nudâ obligatione, sed de alienatione rei à minore curatorem ha-
bente factâ Cuj. ad l. 101. d. V. O. & lib. 19. obs. c. 33. Habn.
Zoës. & Rittersh. dd. ll. hæc alienatio ipso jure nulla est, quod
conceditur, quia minori curatorem habenti adempta est admini-
stratio rerum, ut prodigo. Deniq; tertio l. 101. d. V. O. generaliter lo-
quitur, & proin generaliter intelligenda. Verùm enim verò ut ut mi- 29.
nores absq; curatorum consensu & aliis modis, & ex stipulatione, ac
per consequens, accedentibus etiam expressis textibus in l. 7. §. 3. ff. d.
Min. l. 48. ff. h. n. t. & l. 1. C. d. filios. min. ex fidejussione obligentur,
itidem tamen & illi pro idoneis fidejussoribus non habentur, quod
semper restitutionis periculum subtimescendum sit, etiamsi cum con-
sensu curatorum fidejubeant l. 2. C. si tut. vel curat. interv. modò læ-
sos se esse vel dolo adversarii, vel suâ facilitate probare possint. l. 5. & 8.
C. d. in int. rest. min. melius enim est intacta eorum jura servari, quàm
post vulneratam causam remedium quærere l. fin. C. in quib. caus. in int.
rest. neces. non est Zoës. d. t. Contrarium servatur, si illi dolo adver-
sarium deceperint l. 2. C. si min. se maj. dix. Subjiciant alii numero 30.

- ineptorum fidejussorum etiam Clericos pro Laicis intercedentes, propter *c. 1. ext. de fidej. & Nov. Leon. 86.* quæ excommunicat pro aliis spondentes. *Hering. c. 7. n. 239. Franc. c. 2. n. 218.* Sed dissentiunt communiter Dd. per *c. 2. extr. d. t. arbitantes*, eos fidejussos acceptos à volente rectè obligari, quamvis invitus eos, uti nec alios fori præscriptione utentes *arg. l. 2. in pr. ff. qui satisd. cog.* nemo accipere cogatur. *Trentl. vol. 2. disp. 28. rh. 2. lit. E. Boc. Cl. 2. d. 16. rh. 6. lit. A.* Quicquid autem sit, pro aliis intervenire Ecclesiastico ordini minus conveniens ducitur, cum aliis omnibus derelictis, Dei Omnipotentis ministeriis (ut milites signis) jugiter inhærere debeant *l. 52. §. 1. C. d. Ep. & Cler.* quæ hâc ratione impediri facilè contingeret. *Vid. Hering. tr. d. fidej. c. 7. n. 251. & seqq.*
31. De filii verò familiâs habilitate non est ut ambigamus, etenim ille regulariter ex omnibus causis & contractibus jure, etiam civili obligatur ut *paterfam. l. 39. ff. d. O. & A.* Ergò etiam ex fidejussione *l. 3. §. 9. ff. d. pecul.* & non ipse solùm, pro diversâ hypothese, vel in solidum, vel in quantum facere potest *l. 2. & 5. ff. Quod cum eo qui in al. pot. l. 44. ff. d. pecul.* Sed semper etiam pater ejus peculiote-nus tenetur *d. l. 44. & l. 57. ff. d. judic.* in quo à servo filius distare dicitur *d. l. 3. §. 9.* Cumq; pro extraneo, secundum dicta, benè interveniat, cum multò magis pro patre intercedere posse consentaneum est, confirmantibus hoc insuper claris juris textibus in *l. 10. §. un. ff. & l. 8. C. b. n. r. l. 1. C. d. filiof. min.* Videtur quidem esse aliqua dubitandi ratio, quod non possit à patre suum consequi, cum non sit actio inter patrem & filiumfam. Sed levi hanc amolimur brachio: non enim in hâc ratione satis causæ esse, quo minus fidejussio teneat, quivis facilè videt, intuens *l. 25. ff. b. n. r. 2.* Negatur quod filiusf. simpliciter à patre suum consequi non possit, competit enim ei tenore *d. l. 10. in fin.* actio utilis, si emancipatus, vel etiam manens in patriâ potestate de castrensi peculio pro patre solverit. Hæc de causâ Efficiente.
32. Sequitur in ordine Materia, quæ à Metaphysicis tripliciter distinguitur, in Materiam ex quâ, in quâ, & circa quam. Misiss duabus prioribus, tertia hujus considerationis est, & alias objectum vocatur.
3. Hab et igitur Fidejussio pro objecto obligationes alias, quas semper præsupponit, & sine quibus non subsistit *l. 6. ff. d. V. O. l. 11. l. 16. 29. 37. 56. & 70. §. 4. ff. b. n. r.* tanquam accessorium non sine principali *arg. l. 129. §. 1. & l. 178 ff. d. R. 7.* unde fidejussor nequit accedere contra-

Etui

Etui ipso jure invalido l. 46. ff. h. n. t. l. 5. C. d. ll. nec rei turpi l. 70. §. ult. ff. h. nec contractui impossibili l. 29. ff. h. t. quia impossibilium nulla obligatio l. 7. §. l. 35. ff. d. V. O. 185. d. R. J. nec obligationi finitæ l. 37. ff. h. n. t. Versatur autem circa omnes §. 1. I. §. l. 1. l. 8. §. 1. 34. §. 6. ff. h. t. sive principales sint, sive accessorix l. 4. l. 8. inf. l. 27. §. 1. ff. d. t. sive naturales tantum, sive etiam civiles d. §. 1. I. l. 6. inf. l. 16. §. 3. l. 60. ff. h. (excipitur obligatio naturalis, quâ pater filio, vel dominus ser-vo obligatur, quia nemo potest pro eodem & eidem esse obligatus l. 56. §. 1. ff. h. t. eaq; civiles strictissimè sic dictæ, sive prætorix d. l. 8. §. 2. eod. sive deniq; re, sive verbis, sive literis, sive consensu contractæ fuerint d. §. 1. I. Neminem igitur movere debent verba pr. I. h. t. quia, di- 35. cit *Rittersb. in comm. Inst. ad §. 1.* promittendi verbum non tantum de promissione in stipulantibus, sed generalius de quovis contractu intelligendum est, vel, quod verius esse puto, Imperator verbo promittendi usus fuit tanquam aliquo exemplo, ut hâc ratione à materiâ sti- 36. pulationis ad fidejussionem commodè sibi transitum pararet. Per Naturalem autem, quam superius dixi, obligationem, pleniorum ut Jcti vocant, intelligo, cujus in jure civili effectus *Sutbolt. dissert. 12. aph. 16. & Habn. tit. d. O. & A. n. 5. p. 633.* recensent, propter l. 13. ff. d. con- 37. dict. in deb. l. 16. §. 4. h. n. t. §. l. 10. d. O. & A. & c. Per civilem, eam, quæ qualitas est, naturali tanquam subjecto inhærens, sine eâ vel extra eam esse non habet, atq; actionem efficacem producit, quoniam cum *Magnif. D. Ungepaur Exerc. 10. qu. 2. in N. Nobilissimo D. Præside in allegatâ disp. de divis. jur. §. 34. Rittersbusio ad pr. tit. I. d. oblig. p. m. 396. & Zoëzio in comment. ad π. tit. d. O. & A. n. 5. & seqq.* biceps illud monstrum civilis obligationis in civilem tantum & mixtam divisæ, tanquam ut laudatus *Rittersb.* ibi loquitur, apud Jctos inauditum, non agnosco. 38. Omnem obligationem fidejussionis objectum esse latius hætenus deductum est, duos itidem fontes, ex quibus obligationes fluant, contractum nimirum & delictum esse, constat ex pr. l. 1. ff. d. O. & A. §. ult. I. eod. De obligationibus ex primo fonte descendentibus res dubio planè caret, de his verò, quæ ex delicto nascuntur, apud Dd. controversatur. 39. Et distinguendum hic hoc modo: Aut propter delictum agitur civiliter, quo casu fidejussorem accedere posse indubium est; aut criminaliter, & vel ad pœnam pecuniariam, vel ad corporis afflictivam aut capitalem *Leib- oder Lebensstraff*: Si ad pœnam

nam pecuniariam; itidem Affirmativa procedit, pœnas enim ob maleficia solvi magna ratio suadet *l. 70. §. fin. ff. h. t.* Si corporis afflictiva intendatur, iterum distingue, an crimen atrox sit & notorium, vel non, & persona honoratior (siquidem hæc omnia probè æstimanda, *l. 1. ff. d. cust. & exh. reor.*) hoc posteriore casu fidejussor de iudicio sisti, non verò iudicatum solvi admitti potest *l. 3. d. cust. & exh. reor.* illo non potest, alioqui si reus tempore sententiæ aufugeret, pœna esset elusoria, quod non admittendum, cum maleficia non debeant manere impunita. *l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil.* ne quisquam temerè ad ea profiliat *l. 14. C. d. pœn.* Et quod *Seneca teste* pinguior victima Deo mactari non possit quàm sceleratus homo. Notetur tamen, quod talis fidejussor ad pœnam corporalem se adstringere non possit: 1. quia nemo suorum membrorum dominus *l. 13. ff. ad L. Aquil. & Dd. communi placito Wes. h. n. 4.* 2. quia hoc modo alienum crimen capite lueret innocens contra *l. 5. ff. d. pœn. & C. allegant 12. caus. 26. qu. ult.* qui textus satius esse docent, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm damnare innocentem, præstareq; propter misericordiam rationem reddere quàm propter crudelitatem; Sed tantum ad pecuniariam, quâ etiam plectitur, si reum non exhibuerit *l. 4. ff. d. cust. & exh. reor.* & quidem si certa quantitas comprehensa est, in expressâ summâ, si non, pro iudicis arbitrio, nisi dolo ejus factum fuerit, ut reus meritum effugeret supplicium, tunc enim licet eidem pœnæ corporali non subjugetur, extra ordinem tamen secundum arbitrium iudicis punitur *d. l. 4. d. cust. & exh. reor. Trentl. vol. 2. disp. 28. §. 3. l. A. Boc. Gl. 2. d. 16. §. 12. Wesenb. & ad illum Hahn. h. t. n. 4. Schneidew. ad §. 1. l. h. t. n. 8. & seqq.* Cæterùm insigne fidei & amicitiae exemplum est in Damone & Pythiâ, altero pro alterius capitis damnati reditu vadem se dante, neq; hoc sui fidejussoris spem fallente, quod describit *Val. Max. lib. 4. c. 7. & Cic. lib. 3. offic.* Fidejussorem autem non solum tale atrox & notorium crimen, quod superius memoravimus, excludit, sed & Dotis stante matrimonio conservandæ ac restituendæ causa non fert *l. 1. C. Ne fidej. vel mand. dot. dent.* ratio est, ne causa perfidæ generetur inter conjuges, quorum concordiam non suavior est harmonia, hæc namque est quæ Deo placet & hominibus *Syrac. 25. v. 1. & 2.* & quæ omni lucro præferenda *l. 5. C. d. Inst. & Subst.* tum quod mulier, si corpus suum quod plus est, marito credat, etiam pecuniam tanquam minus ei sine fidejussori

Corib9 credere debeat *l. 2. C. Ne fidej. & c.* Exceptio est i. si marit9 ad ino-
pnam vergat, tunc enim illi fidejussorem exigere liberum est *l. 24. In pr.*
ff. sol. matr. 2. Si maritus volens uxori fidejussores dederit, *Magnif. D.*
Ungepaar Ex. 11. qu. 7. & quos ibi enumerat, Autores. *Arum. Exerc.*
Iust. 13. th. 12. Menoch. d. presunt. lib. 4. presunt. 190. n. 43. & l. 6. pra-
sumt. 1. n. 17. Deinde respuunt fidejussionem Actiones Populares *43.*
l. 56. §. ult. b. n. t. quia nullus ex populo censetur creditor ante litem
contestatam, nisi res ea privatim ad eum pertineat *l. 12. ff. d. V. S.* post
litem contestatam locum habet, quia sæpè pars pœnæ ei, qui popula-
rem actionem instituit, præmii loco per fiscum conceditur. *l. 25. §. fin.*
ff. d. SC. Sillan. Zoës. in π. tit. d. popul. act.

Ad Formam accedimus, quæ receptâ divisione æquivoci in sua *44.*
æquivocata duplex est, Essentialis & Accidental. Essentialis est *45.*
accedere per convenientem interrogationem & subsequentem respon-
sionem §. 7. *I. & l. 12. C. b. n. t. l. 5. §. 2. & 3. ff. d. V. O.* alienæ obligati-
oni, ita, ut ea nihilominus maneat salva. *l. 1. §. 8. ff. d. O. & A. §. 5. l. 13.*
l. 5. l. 34. ff. l. 3. l. 5. l. 19. 21. & Auth. Prasente C. b. n. t. Nov. 4. c. 1. in
pr. & §. ult. l. d. Replie. Notum, duo formæ officia esse i. rem in *46.*
esse suo constituere. 2. ab aliis distinguere, unde est quod specifica
differentia semper à formâ, si ea haberi possit, peti soleat, quod & Nos
in definitione fidejussionis observavimus. Hac sua munia si forma
aliqua ritè non obeat, pro genuinâ haberi non potest: & hâc in parte
nostra forma, nihil, ut puto, in se desiderari patitur, per hoc enim quod
quis pro alio, eodem nihilominus obligato manente, per solennem ver-
borum conceptionem intercedit, fidejussio est id quod est, alterum ve-
rò membrum, quod hâc ipsa ab aliis revera distinguatur, infra in Affi-
nium explicatione probatum dabimus. Uno hinc filo deducitur *47.*
1. ad fidejussionem constituendam non sufficere tacitum consensum,
præter hoc enim, quod verba de essentiâ stipulationis & fidejussionis
sunt *pr. l. 1. in pr. & §. 2. l. 5. §. 1. l. 35. l. 137. in pr. d. V. O. l. 1. §. pen. ff.*
d. O. & A. generalis regula est, ubi de juris nostri imminutione agitur,
silentium non pro consensu, sed dissensu haberi *l. 5. ff. d. servit. præd.*
Urb. l. 8. §. 1. ff. d. procur. l. 45. §. 5. ff. d. R. N. & Gothofr. ibid. vid. Her.
c. 7. n. 32. præsertim cum nec nutu stipulatio contrahatur. *l. 1. §. 2. ff. d.*
V. O. 2. Non posse per scripturam vel epistolam, cujus beneficio *48.*
etiam absentes cum amicis loqui dicimur, (id quod Indis primùm ma-
ximæ

ximæ admirationi fuisse, lepidæ historiæ argumento ex *Benzone Gomara* narrat,) fidejussionem constitui, cum præsentia necessaria sit *l. t. in pr. §. 1. ff. d. V. O. §. 11. I. §. 1. 3. C. d. inut. stipul.* atq; per verba, verba ore prolata, non chartæ mandata intelligantur; illa etenim ut propriè præsentium sunt & de præsentibus dicuntur, ita hæc absentium, & literæ vocantur, quam differentiam haut obscurè famosus ille *Magister amorum lib. 1. de Ponto eleg. 8.* innuit

Littera pro verbis tibi Messalline salutem.

49. Et hæc de jure veteri & Romano accipienda velim, quoniam, cum & Justiniani tempore stricta antea juris in stipulando observatio non parùm laxata fuerit *l. 1. in f. ff. §. 1. I. d. V. O.* nostro seculo, cui multò magis simplicitas præ difficultate placet, ut est in *§. 7. I. d. fideic. hered.* præcedente interrogatione & subsequenâ responsione, quamvis non solemni, & impersonaliter (de quo apud vet. adhuc lis erat,) conceptâ, immò si stipulatâ manu mit *Handgegebner Treu* aliquid promittatur, stipulatio intelligitur *Hahn. tit. d. V. O. n. 12.* Liberior itaq; hoc modo fidejussio, quæ nimium quantum à vestigiis veteris fidejussionis recessit, adeò, ut hodiè non tam verbalis, quàm consensualis contractus esse meritò censeatur, cum nudo etiam pacto constitui queat. *Zoës. in pr. n. t. & per epistolam, ut supra attigi, facta, communi Germaniæ recepto- que stilo firma sit & rata, æquivalensq; cum reliquis pondus habeat. Treutl. vol. 2. d. 28. th. 4. lit. A. Hering c. 7. n. 150. c. 11. n. 82.* secus erat olim, ubi scriptura tantùm ad formam probatoriam pertinebat, plenam tamen merebatur fidem, ita ut si quis se fidejussisse scripsisset, omnia solenniter acta viderentur. *§. ult. I. b. n. t. §. 16. I. inut. stipul. l. 1. §. 14. C. d. contr. stipul.*
50. 3. Fluit ex formâ, fidejussorem accipi in id, quod reus debet, & nec in rem aliam *l. 1. §. 8. ff. d. O. §. A. l. 8. §. 8. §. l. 42. ff. b. n. t.* (ubi tamen vi juramenti accedentis sustineri obligationem volunt arg. *l. 77. §. 23. ff. d. leg. 2. c. cum contingat 28. d. jurej. in 6. Kitzel. disp. 17. th. 10. lit. C.* quibus contradicit *Vasq. illustr. quest. 40. per l. ult. C. d. non num. pec*) nec in plus aut durio rem causam, quamvis in minus & levio rem *§. 5. I. l. 8. §. 7. l. 34. l. 70. §. 2. ff. b. t.* Quot modis plus dicatur, de eo informat nos *§. 33. I. d. Action.* Cur verò in durio rem causam fidejussor obligari non possit, ratio est, quia hoc repugnaret Naturæ fidejussionis, quæ est accedere firmandæ alienæ obligationi, ubi autem durius vel in plus obligatur fidejussor, ratione il-
lius

lius excurrentis summæ obligatio principalis non est, ei igitur nec fidejussor potest accedere, ut benè argumentatur *Wesemb. ad h. t. n. 5.* non enim datur accidens sine subjecto *Zoes. n. 7.* & pro monstro est, liceat mihi ita cum *§. 4. I. d. Adopt.* loqui, ut major sit filius, quàm pater, i. e. accessorium quàm principale, ex quo illud nascitur, *arg. l. 129. §. 1. & l. 178. ff. d. R. 7.* Atq; sic ratio differentia, quod in minus benè accipiatur, elucescit, quia cum levius obligatur, subest obligatio cui accedat, contra quam in altero casu se rem habere diximus. *Wes. d. n. 5.* At inquis! Huic Assertioni, quæ quidem sat claris nititur textibus, *l. 16. §. 3. l. 25. & l. 70. §. 3. ff. h. t.* aliaq; loca, quorum multitudo inopem aliquem facit, disertis verbis contradicunt, & quid verbis opus est, ubi rerum testimonia adsunt? nullus nisi malè sanus negabit, pro naturaliter obligato fidejussorem intervenire posse, intervenit autem, ut, quod in obligationem deductū est, tutius creditori debeat, non tutius verò debetur, si naturaliter tantum, ut principalis, teneatur; teneatur ergò civiliter, si civiliter, efficaci actione debitum ab eo peti potest, cum à reo non possit, minus igitur verum videtur, quod nos modò fidejussorem in duriorum causam non teneri, certo certius affirmavimus. Ad hoc & bifariam, vel enim distinguitur inter obligationem duriorum & efficaciorum, & negatur, quod in duriorum causam teneatur, vel si maximè concedatur, duriorum hanc obligationem dici posse, durior tamen ea est solùm ratione intensiois & intensivè, non ratione extensionis & extensivè, ad eum planè modum quo *Bov. Cl. 2. disp. 15. §. 10. inf. dicit ex Zasio,* stipulationem nò extendere contractum, sed tamen intendere. Et hoc necessariò fit ex naturâ ipsius fidejussionis, quæ apponitur alienæ obligationi, ut eam muniat, utq; diligentius creditori cautum sit, quomodo autè, quæso, diligentius creditori cautum est, nisi fidejussor arctiori nexu obstringatur? melius certè operæ pepercisset, & in principali obligatione acquievisset. Itaq; debitum Naturale, quod minus propriè & per abusum debitum appellatur in *l. 16. §. 4. ff. h. t. l. 41. ff. d. pecul. & l. 10. inf. d. V. S.* firmiori aliquo fulcro opus habet, quemadmodum vitis palo. Unde sibi imputet fidejussor, qui tali debito in suam personam vires & robur accommodaverit. Itaque hæc duæ responsiones eodem recidunt, negando duriorum, concedendo efficaciorum in fidejussore obligationem, quam nos ultrò ambabus manibus largimur, quod aliis insuper modis, reo nimirum simpliciter, vel personaliter

C

tantum

tantum obligato, fidejussorem vel sub juramento, vel per instrumentum guarentigiatum, vel cum oppignoratione bonorum, & sic efficacius obstringi posse non ignoremus. *Vult. lib. 1. Jurispr. Rom. c. 39. p. m. 215. n. 46. Wesenb. b. t. n. 4. & ibid. Hahn. Treutl. vol. 2. d. 28. th. 4.*

52. *l. F. Zoef. n. 13. Schneidew. ad §. 5. & Ritt. ad §. 7. l. b. t.* Quoniam de eo jam convenimus, quod in plus fidejussor teneri nequeat, necessariò inquirendum restat tempus, quo principale debitum spectetur.

53. *ctur.* Sciendum igitur principale debitum attendi, ut est tempore interpositæ fidejussionis, quamobrem non nocet fidejussori, si illud postea ex factò debitoris incrementum accipiat. Unde consequenter ex ejus morâ de usuris indistinctè nec in stricti juris, nec bonæ fidei conventionibus conveniri posse arbitramur, adstipulantes *Treutl. v. 2. d. 28. th. 5. l. A. Boc. Cl. 2. d. 16. th. 17. Zoef. ad b. t. n. 16. Harppr. ad §. 5. l. eod. n. 30. & seqq. & Bronch. C. 4. Aß. 54. idq; propter l. 8. ff. d. eo quod cert. loc. & l. 68. §. 1. ff. h. n. t. nisi fidejussio etiam in usuras, vel in omnem causam expressè facta fuerit l. 10. & ibi Gothofr. C. & d. l. 68. §. 1. ff. d. t. l. 54. in pr. ff. locat.* Distinguunt *Wesenb. & Hahn. hic n. 6.* Adeò autem in universum ea quæ hætenus de nullitate obligationis fidejussoriæ in plus conceptæ attulimus, vera sunt, ut etiam si juramentum additum sit, nihil tamen illud agat, cum semper sequatur naturam actûs cui apponitur *l. ult. C. d. non num. pec.* Limitamus hoc, nisi sciens, quod excedit summam, dare juraverit, hoc enim casu quoad excessum non pro fidejussore, sed pro principali habetur, quia juramentum operatur enixæ voluntatis argumentum *l. 77. §. 23. ff. de leg. 2. Zoef. n. 12. & donare præsumitur arg. l. 47. ff. d. oper. libert. Bronch. C. 4. Aß. 53.*

55. *in fin.* Progredere jam ulterius, nisi nostræ naviculæ remora esset intricata illa quæstio, quæ quod multorum Nobilissimorum Jctorum ingenia fatigârit, nobilis dici optimo jure meretur, & hæc est: An fidejussio Excedens principale debitum tota nulla sit, an verò pro summâ concurrente valeat? Hic iterum Dd. in diversas trahuntur partes. Prius adstruunt *Connan. lib. 6. comm. jur. civ. c. 6. n. 8. Gædd. d. contr. & comm. stipul. c. 4. concl. 4. n. 75. & seqq. A. Fachin. lib. 8. contr. c. 51. Ant. Matthæi in coll. Inst. disp. 15. th. 21. Ritt. Comm. Inst. ad §. 5. & 7. b. t. & alii.* Posterius *Treutl. v. 2. d. 28. th. 4. lit. B. Wesenb. d. n. 5. Hahn. eod. Boc. Cl. 2. disp. 16. th. 20. Bronch. Evay]. Cent. 4. Aß. 53. Zoës. in Comm. ad π. n. 9. & 10. adserunt Bachov. ad. Treutl. d. disp. th.*

th. 4. lit. B. subdubius est. Hunc Doctorum conflictum intuens, in bivio
sto, dubius, utri parti me adjungam, nam utraq; vitulâ digna videtur.
Hâc tamen vice exercitii & discendi gratiâ ad posteriorum castra tran-
seo, non deterritus palmario, quod ex l. 8. §. 7. h. t. petunt contrasen-
tientes, argumento, ubi Ulp. *Illud commune est in universis, qui
aliis obligantur: quod si fuerint in duriores causam adhibiti, placuit
eos omninò non obligari.* Hæc verba omninò non ab illis explican-
tur per verba *nullo modo* vel nullatenus, ex tritis illis Logicorum de
ισοδυναμία regulis: Negationem postpositam signo propositionem
illam suæ contrariæ æquivalentem reddere, præpositam verò signo, ut
suæ contradictoriæ æquipolleat propositio, facere. Verùm ut alias
solutiones forsan violentas, quales sunt, textum corrigendum, & ver-
ba transponenda, item *omninò* idem hic ac totum seu solidum esse,
jam prætereamus, dictas regulas pro indubitata veritatis normâ aut
oraculo Delphico nobis venditari vel obtrudi non patimur, secuti hâc
in parte *Zoësum*, qui eas nonnunquam fallere, ita ut negatio signo
præposita, propositionem æquipollentem reddat non suæ contradicto-
riæ, sed contrariæ, & contra postposita, propositionem æquivalere fa-
ciat suæ contradictoriæ, non contrariæ, aliquot exemplis egregiè o-
stendit. Quin istarum regularum veritas suspecta est etiam *doctissimo
Valle*, referente *Hunneo lib. 3. Dialect. p. m. 159.* qui non inutiliter mo-
net, eas locum habere tantùm in iis universalibus signis, quæ negatio-
nem, non autem in iis, quæ affirmationem continent. Exemplis res
fit clara: sit hæc propositio: omnis homo volat, & ejus contradictoria,
Aliquis homo non volat: Jam etiamsi negatio præponatur signo prio-
ris enunciationis, & dicatur Non omnis homo volat, alteri tamen, A-
liquis homo non volat, non æquipollebit, quod hæc sit vera, illa falsa,
quippe quæ biparticularem habeat sensum, hunc nimirum, Aliquos
homines volare, & aliquos non volare. Ita labascit prioris regulæ
autoritas: de alterâ idem est judicium: Ponatûr majoris evidentiæ
gratiâ simile exemplum: Omnis avis habet plumas, ejus contraria est
Nulla avis habet plumas, ubi negativa particula, quamvis priori enun-
ciationi postponatur, eam tamen itidem suæ contrariæ convenientem
non facit, quis enim diceret, hanc propositionem: Omnis avis non
habet plumas, cum ab hâc Non omnis avis habet plumas, revera non
discrepet, eandem esse cum illâ enunciatione Nulla avis habet plumas,

quæ unicum habet sensum, illâ biparticularem habente. Et hanc Val-
 læ sententiam non improbat *Clar. Scheiblerus in tract. Log. de propo-*
sitionibus c. 9. p. m. 254. Nosstram autem opinionem aliquo modo sta-
 tuminari posse *arg. l. 33. ff. Mand. l. 11. ff. d. const. pec. ex l. itidem 70.*
in pr. ff. b. n. t. § l. 1. § 4. ff. d. V. O. ubi majori summæ minor inesse
 dicitur: & deniq; ex illâ maximâ: Utile per inutile non vitiari *l. 9. in pr.*
l. 20. l. 29. ff. d. usur. l. 1. § 5. d. V. O. c. utile 37. d. R. 7. in 6. si sc. nego-
 cium sit dividuum *l. 5. ff. Comm. præd. § l. 110. d. V. O.* quale etiam
 56. hic est, persuasum nobis habemus. Forma Accidentalibus f. Mo-
 dus, quo fidejussio citra sui destructionem fit vel non fit, cernitur i. in
 eo, quod vel præcedere vel sequi obligationem principalem potest § 3.
 57. *l. 6. § ult. ff. b. t. l. 35. ff. d. judic. l. 50. d. pecul.* Dubium hæc
 cum superioribus conferenti hic suboriri posset tale: Si fidejussio tan-
 quam Accessoria semper præsupponit obligationem principalem, se-
 quitur, quod fidejussio non possit accedere futuræ obligationi, Atqui
 verum prius est ex dictis, E. & posterius. Connexio Majoris probatur,
 quia futura obligatio non est obligatio, nam quod futurum est, non
 est, sicut Ens potentiâ non est Ens, autoritate *Aristotelis 9. Metaph. t.*
7. inquiringis: quod actu non est, illud non est, eorum autem quæ non
sunt, quædam potentiâ sunt, non sunt autem, quia actu non sunt. R.
Neg. Conseq. nam fidejussio etiam obligationem principalem præce-
 dens eam præsupponit, cum absurdissimum esset, cavere de debito
 quod nullo planè modo foret, præsupponit itaque vel præsentem vel
 futuram obligationem, neq; enim necesse est ut actu semper sit aliqua
 principalis obligatio, sufficit contemplatio futuri debiti ad fidejussio-
 nem inducendam. Quod probationem attinet & citatum locum,
 Aristotelis, non esse scilicet, quæ actu non sunt, de eo 1. adhuc sub ju-
 dice lis est, decidenda in proximis, si Diis placet, Comitibus, cum nihil
 communius sit distinctione illâ Entis, in Participiale & Nominale,
 quod (Nominale) tamen rem ratione suæ essentiæ, sive actu sit in re-
 rum naturâ, sive non sit, significat, eaq; fatente *B. Stablio tit. 1. Reg. 4.*
 ipsum Aristotelem Autorem habeat. 2. Damus instantiam: Si futura
 obligatio non est obligatio, nec futura utilitas utilitas erit, quia eadem
 utriusq; ratio: Sed hoc negare, quid aliud est, quàm legum funda-
 mentis subnixam (*l. 19. ff. d. servit.*) communi Doctorum suffragio
 receptam, & ipsâ vetustate probatam distinctionem convellere. 3. Po-
 sito,

sito, quod futura obligatio nomen obligationis non mereatur, dubio
satisfieri potest, si dicamus, fidejussionem quoad effectum non præce-
dere principalem obligationem, sed semper ejus pedissequam esse, &
accedere non nisi sub hâc quasi conditione, si principalem debere con-
tingat, antea in pendentem & juxta §. 4. *I. d. V. O.* spem saltem esse, debi-
tum iri, vel quod idem est, accuratè discernendum inter fidejussionem,
prout stipulationem & causam obligationis denotat, & prout pro ob-
ligatione & effectu stipulationis accipi consuevit: priore modo con-
siderata fidejussio præcedere principalem obligationem potest, poste-
riore modo non item, cui rei argumento esse potest *l. 57. ff. b. t.* Exem-
plum fidejussionis futuræ obligationi accedentis habetur in *l. 55. eod.*
2. Prodit se forma accidentalis in hoc, quod fidejussio sit vel purè vel 58.
sub conditione, vel ex die *l. 6. §. 1. l. 8. §. 7. l. 27. ff. & §. 5. I. b. n. t.* item
ad diem *l. 7. C. d. loc. cond.* adhibitâ tamen cautelâ superius memora-
tâ, ne scil. durior ejus sit conditio *d. §. 5. & l. 8. §. 7.* quæ ratio facit,
ut fidejussor sub conditione acceptus, reo in diem debente non obli-
getur, nisi dies & conditio concurrat, vel etiam diem conditio secuta
fuerit *l. 16. §. 5. ff. b. t.* 3. ibi quoq; sese exserit, quod pro debitore 59.
vel sciente vel ignorante promittere possumus *l. 30. ff. eod. l. 6. §. 2. &*
l. 20. ff. mand. 4. Quod vel unus, vel plures pro alio fidejussorio 60.
nomine interveniunt §. 4. *I. & l. 26. l. seq. l. 36. l. 39. & 51. ff. b.* quod
plures fidejussores fide mutuâ fidejussores accipi possunt *N. 99. c. 1.* ut
rei promittendi *l. 11. ff. d. duob. reis.* quodq; vel conjunctim in solidum,
vel in partem quisq; virilem fidem suam obligare queunt *l. 51. ff. b. t.*
cum aliâ si nihil expressum sit, singuli de solido teneantur, de quo in-
fra dicendi locus erit. Et tandem 5. accidentalis illa forma seu 61.
modus maximè elucet in eo, quod quanto minus creditor à principali
debitore consequitur, inopiâ forsan ejus actionem excludente, de re-
stante summâ alium cavere à fidejussionis naturâ alienum non est. Au-
dit istiusmodi fidejussor apud Interpretes succedaneus, subsidiarius, &
indemnitas, Germ. ein *Schadloos Bürge*: Quibusdam talis pro fi-
dejussore fidejussoris accipitur *Coll. Arg. n. 8.*

Cui bono fidejussio introducta sit, si quis usitatâ veteribus for- 62.
mulâ quærat, hoc responsi feret, eundem fidejussionis esse finem, qui
pignorum est, securitatem scil. creditoris *pr. I. hic. l. 1. ff. qui satisd. cog.*
l. 1. §. 2. ff. d. V. O. sicut enim duabus anchoris niti tutius est, ita & du-

plici jure: convenienti hinc vocabulo fidejussor Græcis *βεβαιωτής* con-
 firmator dicitur, quod aliam obligationem firmet & muniat *Nov. 4. c.*
 2. quamvis autem hic finis in fidejussione primariò intendatur, non
 tamen planè excluditur debitoris causa, sed ejus interesse etiam hic
 versatur arg. *§. ult. I. quib. mod. recontrab. oblig.* ubi pignus & debi-
 63. toris gratiâ dari dicitur, quò magis ei pecunia credatur. Propri-
 am hic sedem habet illa quæstio: An qui fidejussorem dare adstrictus
 est, invito creditori pignus offerre queat? Primâ fronte hoc Affir-
 mandum videtur, quod sic melior non deterior fiat creditoris condi-
 tio, cum plus cautionis in re sit, quàm in personâ *l. 25. ff. d. R. 7.* & ex-
 pediat pignori potius incumbere, quàm in personam agere *§. 14. I. d.*
Obl. quæ ex del. Hinc *Faber* cautionem vocat plenam, quæ fit fidejuf-
 soribus, sed plenior, quæ pignoribus, allegante *Schneidew. ad pr. I.*
h. t. n. 13. Meliorem autem conditionem ignorantis invitq; jure civili
 facere liceat. *l. 53. ff. d. solut.* Sed magis est ut *Negemus* 1. propter *l. 7.*
ff. d. stipul. prator. 2. quod aliud pro alio invito creditori solvi non
 possit *per l. 2. §. 1. ff. d. reb. cred. l. 2. ff. d. solut. l. 16. C. eod.* etiamsi me-
 lior conditio offeratur arg. *l. ult. ff. d. us. & hab.* ubi *Gothofr.* notat,
 quod contra alicujus voluntatem fit, utcunq; melius sit aliis, illi ta-
 men melius non esse: vel ut paucis multa dicit *Mezz. d. pign. & hypoth.*
ord. 1. n. 21. quod sic dispositio legis non servetur, nec partis promissio,
 quæ fuit ut fidejussores daret, neq; forma, quæ non potest impleri
 per æquipollens: & 3. Negatur, ea, quæ rationem dubitandi continent,
 procedere, si pignora cum fidejussoribus conferantur, uti latius hæc
 demonstrat *Magnif. D. Ungepaup. Ex. 4. qu. 12.*

64. Absolutis quatuor causarum generibus *Ariadnes* filium, Metho-
 65. dus scil. ad Effectum fidejussionis lustrandum nos deducit. Hic du-
 66. plex est Proximus, seu Immediatus, & Mediatus seu Remotior. Pro-
 ximus, sicuti omnium aliorum contractuum, ita & fidejussionis Effe-
 ctus est obligatio *l. 1. in pr. ff. d. O. & A. passim l. ff. & C. h. n. t.* nem-
 pe, quod fidejussor æque ac principalis teneatur in id, quod expref-
 sum est, vel si simpliciter fidejusserit, in solidum, etiam singuli, si plu-
 res intervenerint *§. 4. I. l. 52. §. fin. ff. l. 3. l. 16. & 23. C. eod.* adeò ut *Plat.* hic
 asseverare non vereatur, si essent 100. fidejussores pro uno debitore
 100. mutuo sumente, quemlibet eorum in solidum ad ista 100. obliga-
 67. tum fore *Schneid. ad §. 4. n. 17. b.* Hæc autem non illum solum
 devin-

devincit, qui fidejussit, sed & heredem ejus *l. 2. §. 2. ff. d. V. O. l. 13. C. d. contr. stip. l. 4. inf. ff. l. 24. C. & §. 2. I. b. t. nec ei soli qui stipulatus est à fidejussore, sed & heredi stipulantis d. l. 13. C. d. contr. stip. l. 37. ff. d. A. vel O. H. & perinde est, sive mentio heredum facta sit, sive non d. l. 13. omnis enim contractus ita celebratus intelligitur, ut includantur heredes. *Abb. in c. fin. in 1. not. extr. d. arbitr.* Est itaque transitoria ad heredes hæc obligatio, & activè & passivè tanquam ex contractu *l. 49. ff. d. O. & A.* etiamsi obligationi ex delicto accesserit, quia non ad corporis poenâ fidejubentem se obligare posse superius probavimus; & hoc regulariter, nisi aliud pactum sit arg. *l. 34. d. R. 7. & l. 8. §. 3. ff. d. liber. leg.* Remotior & Media- 68-
tus Fidejussionis, vel Immediatus & Proximus obligationis ex fidejussione descendens effectus est Actio, quæ pro vario respectu varia est, & creditoris quidem contra Fidejussorem, si certa sit promissio, conditio certi, si incerta, actio ex stipulatu appellatur *pr. I. d. V. O. l. 24. ff. d. R. cr.* His actionibus poterat creditor contra fidejussorem ex- 69-
periri ita, ut i. non solum pignora omitteret *l. 2. & 17. C. b. t.* sed etiam principalem *l. 3. l. 5. l. 19. & 21. C. eod.* nisi inter contrahentes aliud placitum doceretur. *d. l. 5.* 2. ut si plures essent fidejussores, non necesse haberet ab omnibus conjunctim, sed ab uno, eoque quem volebat electo, antequam lis adversus omnes contestaretur, solidum petere, & non satisfaciente illo ad ceteros ante litem contestatam reverti non prohiberetur *§. 4. l. 1. §. 2. §. ult. ff. l. 16. & 23. C. d. t.* Hoc erat 70-
jus actionum creditori contra fidejussorem competentium; cui tamen adversus illum presentibus Exceptionum remediis satis consultum est. Habet illa vel ex sua personâ, vel ex personâ 71-
principalis. De posterioribus sciendum, easdem exceptiones 72-
prodesse fidejussori, quæ reo profint, hisque cum uti posse reo vel invito *l. 15. in pr. l. 32. ff. b. t. l. 19. ff. & l. 11. C. d. Except. & §. fin. I. d. Replic.* Exceptiones autem indigito rei coherentes *l. 7. ff. d. Exc.* 73-
quales sunt Exceptio non numeratæ pecuniæ *l. 29. in pr. ff. Mand. pacti l. 21. §. ult. & l. 32. ff. d. pact. rei judicatæ l. 21. §. fin. ff. d. Exc. R. 7. doli mali l. 2. §. 2. ff. d. dol. m. Exc. metus & jurisjurandi d. l. 7.* quæque personales esse tantum videntur, revera tamen reales sunt, Exceptio Sæti Vellejani *l. 16. inf. ff. ad SC. Vell. l. 14. C. eod. Macedoniani l. 9. §. 3. ff. ad SC. Maced.* & ibi *Gothofr.* atque, si quis pro minore dolo malo circumscripto intercesserit *d. l. 7. & l. 2. C. d. fidej. min.* Quid de 74-
com-*

- compensatione sentiendum, num & hanc debitori competentem fidejussori opponere licet? Et Affirmandum, quod possit creditori solvere ex substantiâ principalis *l. 8. §. si ignorantes. 7. ff. Mand.* hæc autem paria sint, nec interfit creditoris, à quo debitum accipiat, & quomodo, solvendo, an compensando *Zoës. ad b. t. n. ult.* Ratio hujus rei est, i. quod hæc Exceptiones rem ipsam minuunt, & quasi auferant principale debitum, sine quo fidejussio ut accessorium non subsistit. z. quod contingeret non prodesse reo suam exceptionem, contra quem excusso fidejussori est regressus. *§. fin. I. d. Replic.* Personalibus Exceptionibus non juvatur, hæc enim ad alios non transeunt *l. 196. ff. d. R. J.* cujus generis sunt Exceptio minori ratione ætatis ob læsionem in re competens, *l. 13. in pr. ff. d. Min. d. l. 7. d. Except.* si contemplatione juris Prætorij & propter incertum ætatis ac restitutionis pro minore fidejussor intervenerit, sibi enim imputare debet, quod intercesserit pro minore, cujus conditionem & jus scivit, vel scire debuit. *l. 19. ff. d. R. J. Zoës. ad tit. d. Minor. n. 51.* Cessionis item bonorum *§. fin. I. d. Replic.* in quantum facere potest principalis *l. 24. ff. d. R. Jud. d. l. 7. in pr. & c.*
75. Appositè hic quærimus, num Exceptio induciarum principali concessarum fidejussori quoque proficua sit? Quod non attentis quorundam vel Negantium, vel minus rectè distinguendum rationibus Affirmatur. *Zoës. d. Exc. n. 25. & seqq.* Ex suâ personâ tria habet beneficia: Primum est beneficium Ordinis seu Excussionis, (est autem excutere aliquem nil aliud, quàm in facultates alicujus inquirere, an solvendo ille sit *l. 1. §. 9. ff. d. Mag. conv. l. 1. C. d. revoc. iis que in fraud. cred. l. 42. ff. Mand.*) æquitatis intuitu illi indultum à *Nov. 4. c. 1.* & quæ ex hæc desumpta est *Auth. Prasente C. h. n. t.* hoc opposito repellit creditorem se primò convenientem, & nolentem volentem ad principalem remittit. Intellige Regulariter: Fallit enim i. Si principalis absens sit & fidejussor præsens, vel ut *Schneidw. post Cyn. & Salic. in d. Auth. Prasente ad §. 4. I. h. t. n. 3.* scribit uterq; absens, principalis tamen remotior, nisi promittat intra certum tempus, à judice pro locorum distantia, & itinerum difficultate vel commoditate definiendum, reum primò conveniendum deducere, & revera etiam deducat *d. N. 4. c. 1. & Auth.* 2. Si fidejussor conventus non opponat hanc Exceptionem, exceptiones enim allegari debent *l. 2. ff. & l. 9. ibidemq; Dd. C. d. Exc.* & in allegatione earum forma consistit
- Schnei-*

Schneidew. ad tit. I. d. Exc. n. 8. 3. Si ei renunciaverit, specialiter sc.
 non generaliter, nisi generalis in illa renunciatio in effectu sit specialis.
Zoës. n. 20. & seq. quod facere eum posse dubium non est *l. 5. C. h. n.*
t. Gl. in Auth. hoc ita C. d. duob. reis stip. 4. in inefficaci, sc. naturali
 tantum principalis obligatione *Dd. ad l. 25. ff. h. t.* quia illa actioni ef-
 ficaci producenda non est. 5. Si certò constet principalem non esse
 solvendo, & nulla bona habere, cum frustra excussio adversus eum in-
 stituatur, qui nihil in bonis habet *l. 6. ff. d. dol. mal. Franc. c. 5. n. 316.*
Hering c. 27. p. 1. n. 199. 6. Si difficulter admodum reus conveniatur,
 propterea quod Tytannus sit, vel aliàs homo durus, inexorabilis, rixo-
 sus, magnus & potens dominus, vel bona sua extra territorium vel in
 castro sita habeat, idoneus enim & solvendo quis non tam patrimonio,
 quam fide & facilitate conveniendi æstimatur *l. 112. ff. d. V. O. l. 2. ff. qui*
satisd. cog. 7. Quando creditor, qui aliàs erat debitor fidejussoris, vult
 uti compensatione *Franc. c. 5. n. 411. Hering c. 27. n. 313. Schneidew. ad*
§. 4. n. 7. 8. Cum fidejussor fidejussorem se esse falsò negat arg. *l. 10. §.*
1. ff. h. t. quia mendacium odèrunt, nec aliis quoq; casibus inultum si-
 nunt leges *§. 10. I. d. susp. tut. vel curat. l. fin. ff. d. R. V. l. 22. §. un. ff. d.*
R. jud. Nov. 18. c. 10. & desumtà hinc *Auth. Item Possessor C. qui pot. in*
pign. Auth. contra qui propriam C. d. non num. pec. & Dd. ad d. l. fin.
& Salic. ad d. Auth. qui ex textu ibi colligit, poenam mendacii esse, ut
 postea etiam vera dicenti non credatur, quod dictum alias Aristotelis
 est, teste *Laert. lib. 5.* secus se rem habere, si in litis contestatione genera-
 liter negaret narrata, prout narrantur, vult *Bart. & Paul. de Castr. ad*
d. l. 10. §. Zoës. Comm. in π. & Schneidew. I. ad h. t. n. 3. & seqq. 9.
 Si aliter statuto vel consuetudine loci receptum sit, quemadmodum in
 Imperiali Norimbergâ servari scribit *Ritt. ad d. §. 4. p. 456. Boc. Cl. 2.*
disp. 16. §. 24. & seqq. Plures fallentias recenset *Gothofr. in not. ad d.*
N. 4. & Auth. Presente. quæ possunt videri. Non trahenda autem, 81.
 quæ de absentia, renunciatione, & exceptionis allegandæ omissione,
 fidejussoris dicta sunt, ad fidejussorem indemnitas, huic enim dictis
 etiam casibus ordinis beneficium salvum est *l. 116. ff. d. V. O. l. 21. ff. d.*
solut. Boc. Cl. 2. d. 16. §. 26. & quos allegat Zoës. h. t. n. 24. Non 82.
 levis verò momenti Quæstio est: An specialiter renunciasse censea-
 tur, qui cum juramento fidejussit? Et hic, si simpliciter juratum sit,
 Negativam arripimus, quia juramentum induit naturam actûs, cui ap-

D

poni-



ponitur *l. fin. C. d. non num. pec.* & vim intensivam saltem habet, non extensivam, h. e. ultra id, quod agitur, extendi non potest, hic autem tantum de munienda fidejussione agitur, non renunciatione beneficii. Quod si juramentum renunciationi apposerit, nemo dixerit eum hoc beneficio uti posse. *Magnif. D. Ungepaur Ex. 11. qu. 8. in Nego. Zoës. ad h. t. n. 25. Diss. Gothofr. in not. ad Nov. 4. c. 1. & Treutl. vol. 2. d. 28. §. 5. l. D. Franc. c. 5. n. 362. Coll. Arg. n. 19.* Quemadmodum & hæc: An constituenti se principalem debitorem integrum sit Excussionis beneficium? *Schneidew. ad §. 4. b. n. 11. & seq. & Zoës. n. 22.* Affirmativæ patrocinantur, cum *Gl. in verb. fidejussorem ante fin. d. c. si quis igitur 1. Nov. 4.* nisi constet novandi animo factum fuisse. Nos uti facilè in eorum sententiam concedimus, quod fidejussori, novandi animo principalem debitorem se constituenti, beneficium hoc abjudicant, ita valdè ab illis dissentimus, quod altero casu illi beneficium sartum tectum conservare satagunt, facientes hoc in passu cum *Magnif. D. Ungepaur Ex. 11. qu. 8. in Ajo. Boc. Cl. 2. d. 16. §. 28. & Harppr. ad §. 4. l. b. t. n. 30.* moti hæc ratione, quod in effectu hæc principalis obligatio non differat à speciali renunciatione, cum indubitati juris sit, principalem debitorem non gaudere posse ordinis beneficio, qui verò se constituit principalem, est principalis, neq; enim minimum verbum esse debet sine virtute aliquid operandi, si potest. *Bald. sup. Rub. C. d. contr. emt. in 9. quest. præsertim cum ex conventionem contractus legem accipiant l. 1. §. 6. ff. de pos. Vid. Gail. 2. obs. 28. n. 2. & elegantia in hanc rem verba sunt Collegij Argent. n. 19.* Quicumque se obligat tanquam principalem debitorem, is non vult gaudere beneficiis fidejussorum, aliàs maximè implicaretur contradictio. Nec adversari putem *Cl. D. Habnium ad h. n. t. §. 6. vers. Aut excussis p. 660.* ubi citat *Heringium* distinguentem in fidejussore non novandi animo se principaliter obligante, an fecerit hoc in eventum sc. dilatae per principalem solutionis, an merè seu simpliciter principalem debitorem se constituerit: priorem enim, quem uti hoc beneficio posse *Hering* tradit, cum hoc negotium fatentibus ipsis dissentientibus solum ex animo fidejussoris dijudicandum sit, ille autem per externum factum se haut obscurè exeruerit, pro principali reo non agnoscimus, quod & laudatus *D. Habn* facere videtur, *in verb. quia est quasi sponsor inde-*

83. *mnitatis & c.* in posteriori facilè consentimus. Licet verò fidejussor

for beneficio Excussionis renunciaverit, nihilominus tamen conven-
tus à creditore, deponendo expensas, petere potest, ut excutiatur prin-
cipalis suo periculo suisq; sumtibus, cum hoc modo creditoris non
interfit *Habn. b. t. n. 6. p. 661.* qui hanc cautelam singularem esse dicit
& hoc casu habet creditor contra fidejussorem mandati actionem *l. 22.*
§. 2. & l. 45. §. pen. & ult. ff. Mand. Et hæc exceptio ordinis seu Ex- 85.
cussionis dilatoria est, in specie nõ pertinens ad merita causæ *Habn. d.*
Except. n. 7. non enim totam rem perimit, sed suspendit, & ad tempus
saltem creditori nocet *§. 9. & 10. I. d. Exc.* itaq; quod proprium dila-
toriarum est, opponenda ante litis contestationem *l. pen. & ult. C. d.*
Exc. l. 19. C. d. probat. l. 13. & 24. C. d. procur. post eam non recipitur,
præsertim quoniam ipso jure ante principalem conveniri poterat *d. d.*
l. l. unde sibi habeat, quod tacuerit, & privilegio in sui favorem con-
cesso justo tempore usus non fuerit, cum jura vigilantibus scripta sint,
non dormientibus & negligentibus. *l. 16. ff. Ex quib. caus. Maj. l. 24. ff.*
Quæ in fraud. Cred. Schneidew. ad d. §. 4. n. 14. Zoës n. 35. Boc. Cl. 2. d.
16. th. 30. Dissent. gl. in l. 3. ff. d. Exc. quæ anomalam hanc Exceptio-
nem esse contendit, *Suarez. tit. Fidejussor ordinis à Zoës. & alii à Boce-*
ro allegato loco relati, Tr. d. vol. 2. d. 28. th. 5. lit. D. Conciliari tamen
posse videntur, si illorum sententia de jure stricto, horum ex æquitate
explicetur, unde hæc suadente hodiè usu contrarium servari scribit
Cl. D. Habn. n. 6. vers. Ante lit. contest. p. 661. Tandem an prin- 86.
cipalis judicialiter conveniri debeat, an verò extrajudicialis appellatio
sufficiat, non abs re est quærere? Et judicialem requiri statuimus cum
Franco c. 5. n. 290. Boc. d. d. th. 31. tenore Nov. 4. c. 1. & Auth. Pre-
sente: quò facit, quod morosi debitores extrajudiciales appellationes
parum curent, & citius clavam Herculi è manibus quàm ab illis pecu-
niam extorqueas, cum contra judicis sententiam, nõ parere velit, para-
ta insequatur executio. *Dis. Cuj. ad d. N. 4. & ad l. 116. d. V. O.* Se- 87.
cundum est beneficium divisionis, autorem habens Hadrianum, quo
tanquam clypeo objecto, ex pluribus, etiam centum ut *Gothofr. ad l.*
3. C. b. t. notat, fidejussoribus, pro unâ personâ eâdemque summâ in-
tervenientibus, (quorum singulos in solidum teneri supra audivimus)
unus aus alter conventus adversus creditoris insultus munitus est, ita,
ut ille actionem dividere, & à singulis viriles partes exigere necesse ha-
beat, si modò litis contestatæ tempore solvendo sint *§. 4. l. l. 10. l. 26.*

27. 28. 51. & 52. ff. l. 3. & l. 10. C. b. n. t. alioquin si unus eo tempore
 solvendo non sit, ceteros onerat d. §. 4. I. l. 26. l. 51. §. 4. ff. d. t. Et
 hoc itidem æquitatis inventum est, favorabile fidejussori, creditori ta-
 men non damnosum. Sin verò divisione legitimè factâ & lite conte-
 statâ quidam ad inopiam perveniant, confidejussores id non gravat,
 sed ad onus creditoris pertinet d. l. 26. & 51. etenim post litis conte-
 stationem petitionem divisam redintegrari, & vitium alienæ cessati-
 onis ad dispendium alterius pertinere juris ratio non patitur, verba
 sunt l. 16. b. t. & l. 1. C. d. divid. tut. meritas ergò talis cunctator ne-
 88. gligentia suæ poenas luit. Non habet autem hæc divisio locum in-
 ter principalem & fidejussorem, vel inter fidejussorem & hujus fide-
 jussoris fidejussorem, sed inter confidejussores tantum l. 27. §. fin. ff. b.
 n. t. (Notanter dico, confidejussores i. e. qui unam eandemque nume-
 ro obligationem in se suscepêrunt, ut excludam eos, qui diversarum
 stipulationum fidejussores sunt l. 43. ff. b. t. hi enim cum conjuncti non
 sint, nec divisionis beneficium habere possunt) etiamsi unus purè, alter
 in diem, vel sub conditione acceptus sit, ita tamen, ut si conditione exi-
 stente hic solvendo esse desierit, in purè acceptum actio restituatur d. l.
 89. 27. in pr. Hic notetur, quod exemplo fidejussorum etiam tuto-
 90. res isto beneficio gaudeant l. 1. §. 11. & seq. ff. d. tut. & rat. distr. In
 contrarium non juvat hæc Exceptio 1. fidejussorem se Negantem l. 10.
 §. un. ff. b. t. simpliciter sc., secus iterum esse Schneidew. cum Bart. ad
 d. §. 4. n. 20. ait, si litem negativè contestetur, negando narrata prout
 narrantur. 2. fidejussores tutoris à pupillo conventos, contra hunc
 enim, quia ipse non contraxit, sed in tutorem incidit, & ignorat omnia,
 beneficium actionis dividendæ injuriam habere visum est. l. fin. ff. Rem
 pup. sal. fore. Tutoris dico, non tutorum, quia in pluribus fidejusso-
 ribus, à pluribus tutoribus datis, ex personâ dantium, virilium portio-
 num ratio admittitur. l. 6. ff. d. fidej. & nom. & hered. tut. & cur. Sed
 hæc hodiè monente Habnio ad tit. d. fidej. & nom. & mand. & ad t.
 Rem pup. sal. for. cum tutores non fidejussoribus, sed bonis suis cave-
 ant, parum utilitatis habent. 3. Habentem confidejussorem non effi-
 caciter obligatum, v. g. mulierem, cum scire potuerit, aut ignorare
 non debuerit, mulierem frustra intercedere l. 48. ff. b. t. Aliud in mi-
 nore obtinet, & distinguitur, an fidejussor simul cum eo, an verò ante
 eum intercesserit, priori casu tantum in virilem, posteriori in solidum
 tene-

tenetur. *d. l. 48. §. 1. Zoës. ad b. t. n. 32.* 4. Fidejussorem, cujus confidejussor sine herede decesserit *l. 26. ff. b. t. 5.* Plures fidejussores se ad factum aliquod obligantes, cum factum individuum pro parte præstari non possit *l. 25. §. 9. ff. fam. erc. l. 2. pr. ff. d. V. O. Hering c. 27. p. 2. n. 93.* 6. Renunciantem *d. d. textibus.* Renunciassè verò non præsumitur, qui se in solidum obstrinxit, nihil enim hæc res mutat conditionem & constitutionem juris, cujus vi, licet hoc non adjiciatur, singuli tamen in solidum tenentur *l. 3. C. b. t.* Et 7. qui instar renunciantis est, exceptionem opponere negligentem, hæc enim, ut omnes aliæ exceptiones, facti est *l. 26. ff. §. 4. l. b. t.* ubi additur, si quis non desideraverit, ut pro parte in se detur actio, & principalis solvendo non sit, solius ejus detrimentum fore. Neq; enim id quod portionem suam excedit, 91.
â creditore repetere potest, utpote qui suum recepit, & cui fidejussor ipso jure solidum debebat, verior autem & utilior sententia est, solutionem non indebitæ quantitatis non debere revocari *l. 49. §. 1. ff. b. t.* nec etiam â confidejussore, quam pro illo solvit, partem consequitur, nullam namque, quia prævia non fuit obligatio, contra eum actionem habet *d. §. 4. l. 39. ff. §. 1. l. 11. C. b. t.* nisi â creditore sibi cessa fuerit *d. d. l. 1.* Videri quidem posset, talem negotium confidejussoris, 92.
eum suâ solutione liberando, utiliter gessisse, & ex hoc non denegandam illi neg. gest. actionem *l. 2. ff. d. neg. gest.* Verùm R. hanc actionem ei tantum competere, qui principaliter, primariò & directè alteri rem ad ejus utilitatem, non qui per consequentias, & indirectum, & non tam alienum quàm proprium negotium gesserit. *Gl. ad c. 30. d. neg. gest. Ritt. ad §. 4. p. 457. Zoës. n. 39.* hoc enim non considerandum venit. Hæc Exceptio utut plurima cum priori communia habeat, 93.
in eo tamen vel maximè ab illâ differt, quod etiam post litem contestatam usque ad condemnationem opponi possit *l. 10. C. b. t.* quod *νεπίθετοι* est peremptoriarum *l. 4. §. 8. C. d. Exc. l. 2. C. sent. resc. non pos.* post condemnationem verò si quis objiciat, clypeum post vulnera sumit, cum minus æquum sit, in solidum creditori condemnatum oblatione partis liberari, cumq; sententia in rem judicatam transeat, nisi per appellationem suspendatur *l. 6. §. 1. ff. d. his qui not. inf. Zoës. n. 34. §. Boc. Cl. 6. disp. 12. th. 87. Bronch. Evav]. C. 4. Abs. 28. Schneidew. ad tit. I. d. Exc. n. 9. Hering. c. 28. n. 29. §. seqq.* Tertio remedio ce- 94.
dendarum sc. Actionum succurritur fidejussori i. contra creditorem. 95.

ita, si à creditore solidum exigente, cum divisionis beneficio uti vel nolit, vel non possit solvens fidejussor, cessionem & præstationem actionum vel nominis venditionem *l. 17. l. 36. l. 39. § 41. ff. § l. 11. C. h. n. r.* vel pignorum, si quæ habet, translationem petat *l. 2. § 11. C. d. r.* Hæc Exceptio adeò justa est & tanti roboris, ut creditorem recusantem ab actione repellere valeat, & lapsi interea temporis usuras fidejussor non debeat, etiam in casu non obsignati debiti, & diei vel loci ad solutionem dicti, non enim in morâ est is, à quo pecunia propter exceptionem peti non potest *l. 40. inf. ff. d. R. cr. l. 21. ff. d. usur. § fruct. Vid. l. §. pen. ff. d. solut.* Et hoc quoque quod fidejussori prodest, creditori nihil nocet, Æquitas suggerit *l. 2. §. 5. ff. d. Aq. § A. q. plur. arc.*

96. 2. Cessis actionibus juvatur ex personâ creditoris 1. contra principalem, & quidem in solidum *l. 36. § ibi Gothofr. l. 13. ff. b. t. l. 27. inf. § l. seq. ff. Mand. l. 95. § 10. ff. d. solut.* 2. contra pignorum possessores *l. 14. C. h. t.* nisi ea in aliâ quoque causâ sint obligata *l. 2. C. eod.* 3. Contra confidejussores *d. l. 17. l. 39. § 41. §. 1. ff. d. t.* sed pro ratâ tantum, ejus enim quod quis proprium debitum agnoscendo solvit, actio adversus alium cedenda non est *Bart. ad l. 76. ff. d. sol. n. 9.* cum æquitati sit consentaneum, ne melioris sit conditionis quàm confidejussor, quia in pari sunt causâ *Franc. c. 5. n. 490. Zoës. ad b. t. n. 41. Boc. Cl. 6. d. 12. §. 55.* Evolvatur itidem ab eo allegatus *Hartm. Pist. lib. 1. quest. 97. jur. qu. 48. n. 5. § seqq.* Cedenda verò à creditore actio adversus quemlibet fidejussorum in solidum, non pro ratâ tantum parte, quia tale jus cedendum, quale creditor habet, Atqui creditori quemlibet in solidum convenire jus est, E. istud jus solventi fidejussori cedendum. *Boc. d. l. th. 56. ex Hart. Pist. d. qu. 48. n. 10.* Est & illud inter Jurisconsultos oppidò controversum: Num ante solutionem, & in solutione præcisè debeat, vel post solutionem quoque possit peti dicta actionum cessio. *Schneidew. ad §. 4. n. 24. § Wesenb. n. 6. vers. Quod autem.* audent omninò negare, credo propter *l. 76. ff. d. solut. & per. vulg. illud, quod quis non habet, alteri dare non potest: Habnius ad Wes. d. n. 6. § Zoës. n. 38.* rem satis intricatam distinctione expedire conantur, distinguunt nimirum inter cessionem actionis contra reum, & cessionem actionis contra fidejussores, ajunt illam & post solutionem peti posse, hanc non posse. 1. fundat se *Zoës. in l. 28. ff. Mand. & similibus textibus (l. nimir. 13. ff. b. t. l. 95. §. 10. ff. d. solut.)* 2. Differentiæ

rentiæ rationem assignant hanc, quod solutione factâ à fidejussore ex-
stincta sit obligatio tantùm accessoria confidejssorum, maneat ta-
men adhuc principalis. Ego uti maximè religioni duco tantorum vi-
rorum placita reformare, ita libertate Academicâ, quæ nunquam in-
ullius verba juravit, & ut hæc palæstra me tyronem exerceat, quod et-
iam in causâ minus bonâ fieri posse indubium est, sententiæ simplici-
ter neganti, contrariam, simpliciter sc. affirmantem] opinionem am-
plector *Boceri Cl. 2. d. 16. tb. 38. & Cl. 6. d. 12. tb. 57. Harpp. ad d. S. 40.*
n. 59. & Rittersb. ad eund. p. m. 458. vestigia premens, illi tamen, si al-
terutra necessariò eligenda esset, præ posteriori accessurus. Non ex-
cutit autem arma nobis è manibus *d. l. 76.* ab illis objicienda, nam de
stricto jure illa agere videtur, aliàs antinomia foret inter istam *l. & l.*
36. ff. b. r. quam ab initio similiter de rigore juris loqui, in seqq. autem
verbis istum rigorem ex æquitate emendare putamus. At excipitur,
illam *l. 36. inf.* de eo casu accipiendam, quo convenerit ante solutio-
nem, ut cederentur actiones, & in eo cum *l. 76. ἐναρκοφανῆ* conveni-
re. Sed Replicari potest, id certum non esse, & posito hoc, nihilomi-
nus ex hâc conciliatione contradictionem resultare *l. 36.* in initio acti-
ones isto casu nullas pronunciantes, *l. 76.* verò circa *fin.* salvas asseren-
te. Ad Zoesii text. Responderi potest, illum agere 1. de cessione actio-
nis contra principalem, generaliter, non post solutionem faciendâ. 2.
De mandatore, cujus aliam hoc in passu conditionem, quàm fidejusso-
ris esse ipse fatetur *n. 40.* Deinde nec assignata differentiæ ratio turbat,
cum hujus assertionis patroni, ut accessoriæ obligationis solutionem,
demonstrent, principalis quoque expirationem concedant. Et certè
l. 76. & l. 37. talem distinctionem non faciunt. Quin immò renititur
ipsa Æquitas, quod summum jus, summa penè dixerim, injuria, foret,
depauperato principali debitore, penes eum solum qui suâ solutione
confidejssores obligationis nexu exemit, fidejssionis damnum, ob
facilitatem suam residere, cum unum opprimat, à duobus quod benè
fertur onus, juxta veri verb. Germ. *Gleiche Bürde bricht Niemand*
den Hals. Accedit & hoc, quod cessio actionis contra confidejus-
sore fidejssori magis necessaria sit, quàm cessio actionis contra
principalem, eò quod illi contra hunc mandati vel negotiorum gesto-
rum actione consultum sit, & ita magis pro illâ, quàm pro hâc statu-
endum. Ex hæc Exceptio itidem dilatoria est, regulariter enim 99
differt

differt solutionem, licet aliquando post litis contestationem in ipsa
 10 executione opponi possit. *Zang. d. Exc. c. 16. n. 27.* Tandem, cum
 Nemini suum officium damnosum esse debeat *l. 7. ff. Test. quemadm.*
aper. l. 61. §. 5. ff. d. furt. § l. 140. ff. d. R. J. & iniquum sit dispendium
 aliquem pati, unde præmium potius meruisse videtur *c. 2. ext. d. fidej.*
 fidejussori solventi, si cessionem à creditore non requisiverit, vel ei re-
 nunciaverit, tanquam ultimum indemnitate præsidium reliqua est ad-
 versus principalem actio mandati contraria *§. 7. I. l. 4. pr. ff. § l. 14.*
C. b. n. t. §. ult. I. d. Repl. l. 20. §. 1. ff. Mand. si pro eo vel mandan-
 te, vel præsentem & tacente fidejusserit *l. 6. §. 2. l. 18. 33. l. 53. ff. § l. 6. C.*
Mand. (patientia namque pro mandato & consensu habetur in his,
 quæ utilia sunt ei, qui patitur. *d. d. l. l. l. 60. ff. d. R. J. § l. 1. §. 5. ff. d.*
Exerc. Act. & censetur id ipsum fidejussori mandasse, ut suo nomine
 solveret, qui mandavit ut se obligaret *l. 47. § ibid. Gothofr. ff. d. cond.*
ind. Sin pro absente & ignorante intercesserit, actio negot. gestor.
 servatur *l. 2. ff. d. neg. gest. l. 20. §. 1. ff. Mand.* nisi quod à fidejussore
 gestum est, ratum habeat principalis, quo casu itidem speciem mutat,
 & in mandati actionem degenerat *l. 60. ff. d. R. J.* quum rati habitio ad
 tempus contractus retrahatur & mandato æquiparetur *l. 6. §. 9. ff.*
d. neg. gest. l. 56. ff. d. judic. l. 1. §. 14. ff. d. V. & V. A. l. 12. in f. ff. d. so-
lut. § c. rati habitio 10. d. R. J. in 6. Utraque nominatur in *l. 4. ff.*
 101. *b. t.* Deducitur autem in has duas actiones non solum fors, sed &
 sumtus, usuræ & omne Interesse *l. 10. §. 9. l. 12. §. 9. l. 16. l. 27. §. 4. l. 45.*
 102. *§. 6. ff. Mand. l. 2. l. 45. § pass. ff. d. neg. gest.* Intentari tamen re-
 gulariter non possunt ante solutionem *§. 6. I. b. t. l. 38. §. 1. ff. § l. 10.*
C. Mand. (quæ & sine iudicio fieri *l. 10. §. 11. ff. Mand.* & creditoris
 confessione, contentâ in instrumento de solutâ à fidejussore pecuniâ
 probari potest. *Boc. Cl. 2. d. 16. th. 42. Hering. c. 20. §. 1. n. 48.* cum
 quod juxta *Fabr.* fidejussor, qui regulariter datur ideò, ne principalis
 ita statim à creditore molestetur, sed dilationem habeat, perfidè age-
 ret, si debitorem præcipitaret ante, quàm creditor ipse, tum quod u-
 traque hæc actio tendat ad repetendum id, quod principalis nomine
 impensum, absurdum autem habeatur, repetere id quod solutum non-
 103. dum est. Quin immò si ante diem creditori solverit, expectare de-
 bebatur diem, quo eum solvere oportuit *l. 31. ff. h. n. t. l. 22. in pr. § §. 1.*
§ l. 51. ff. Mand. Idem est, si i. pecuniam ob signatam in jure de-
 ponat,

ponat, quia depositio solutioni æquiparatur *l. 56. §. 1. ff. Mand. l. 64. ff. b. t. l. 9. C. d. solut. 2.* Si debitorem suum delegaverit, licet ille delegatus postea deprehendatur non esse solvendo *l. 18. ff. b. n. t. 3.* Si alius, donaturus fidejussori, pro eo solverit creditori *l. 12. §. 1. l. 50. in pr. ff. Mand.* vel creditorem fidejussoris, quem habebat debitorem suum, liberaverit *l. 26. §. 3. ff. Mand. 4.* Si fidejussor creditori heres extiterit *l. 11. ff. Mand. 5.* Si uxor creditrix fidejussori promiserit doti, quod ex causa fidejussoriã debeat, nuptiis secutis statim mandati agere poterit *l. 47. in pr. ff. Mand.*

Regulariter dixi: Non enim casus de-¹⁰⁴ sunt, quibus etiam ante solutionem agere permittitur, non quidem, semper ut creditor sibi solvat, sed ut ipse ab obligatione liberetur, secund. *Paul. d. Castr. in d. l. 10. C. Mand.* Veluti 1. Quum ita convenit inter principalem & fidejussorem, ut hic, quodcumque velit, possit agere *l. 10. C. Mand. 2.* Si condemnatus sit fidejussor ad solvendum *d. l. 10. §. 1. 45. ff. b. n. t. 3.* Si debitor bona sua dilapidans justam ei metuendi causam præbeat *d. l. 10. §. 1. 38. in f. ff. Mand. 4.* Si diu in solutione reus cesset, & fidejussor jam diu in obligatione steterit *d. l. 38. mand. §. c. fin. extr. eod. 5.* Fidejussore in longinquum peregrè ab-¹⁰⁵ bituro *d. c. fin. Ritt. ad §. ult. b. t. Schneidew. ad §. 6. eod.* Quem admodum autem obligationes passivæ, & actiones in heredes fidejussorum transeunt, ita vicissim obligationes activæ, & ex his descendentes actiones ad eosdem transmittuntur. Competunt ergò illis non solum commemorata tria Exceptionum beneficia *l. 27. §. 3. ff. b. n. t.* Sed & si creditori vel ipsi, vel eorum prædecessores solverint, duplex hæc adversus reum principalem actio *l. 14. ff. Mand.* Denegatur¹⁰⁶ tamen 1. quando mandatum non est obligatorium, v. g. turpe, quia rei turpis mandatum nullum est *l. 6. §. 3. l. 22. §. 6. ff. Mand. §. 7. l. eod. 2.* Si itidem id actum sit, ut fidejussor non agat *Gl. in §. 2. l. 6. ff. Mand. 3.* Si heredes à testatore pro tertio intercedere jussi sint *l. 8. vers. finito autem usufr. ff. d. usufr. ear. rer. quæ usu consum. 4.* Si sine mandato, suo magis quàm debitoris nomine intervenerit *l. 60. §. 1. ff. Mand. 5.* Si mandatu mulieris *l. 32. §. 3. ff. ad SC. Vell. 6.* Si pro pupillo, furioso, prodigo, sine tutoris & curatoris consensu & autoritate *l. 25. b. n. t. l. 12. §. 11. ff. Mand. 7.* Si pro minore *l. 13. pr. ff. d. minor. fac. l. 1. in f. C. de fidej. min. 8.* Si pactâ mercede suo periculo spon-¹⁰⁶ derit *d. l. 6. §. ult. Mand. 9.* Si pro invito & vetante intercesserit *d. l. 6.*

E

§. 2.

§. 2. l. 40. & l. 53. Mand. l. ult. C. d. Neg. gest. 10. Si donandi animo
 d. l. 6. §. 2. l. 12. in pr. ff. Mand. l. 4. d. Neg. gest. l. 32. d. pact. 11. Si in-
 utiliter solverit, & istâ solutione debitorem non liberaverit l. 26. §. 5.
 & l. 47. §. 1. Mand. 12. Si exceptiones honestas sciens prætermiserit,
 sive ex personâ suâ l. 10. §. 12. Mand, sive ex personâ debitoris compe-
 tentes l. 29. in pr. & 48. ff. d. t. Mand. parùm enim fideliter facit fide-
 jussor, qui potestatem eximere reo videtur suo jure uti d. l. 48. Hone-
 stas volo, ob omissas namque minus honestas actionem non amittit,
 quia ei non oportet esse noxiâ, si pudori suo pepercerit d. l. 48. in f. pr.
 secus est, si rei conveniendi, desiderandique, ut ipse potius susciperet
 judicium, facultatem habeat d. l. 10. §. 12. Mand. Neque solùm has
 Exceptiones in primâ instantiâ opponere, sed injustè condemnatus
 appellationis auxilium etiam arripere debet, hoc nisi fecerit, nihil illi
 præstabitur jure mandati l. 67. ff. b. n. t. l. 8. §. 8. ff. & l. 10. C. mand. 13.
 Non potest experiri fidejussor (actione mandati) de eo, quod supra
 summam, in quam fidejubere rogatus est, solvit l. 33. Mand.

- 107 Declaratis causis & effectu fidejussionis, ad subjectum fidejussi-
 onis, ipsos sc. fidejussores esset deveniendum. Quoniam verò qui fi-
 dejussores esse possint, supra exposuimus, actum agere ne videamur,
 108 ad adjuncta eorum properamus. Itaque Requiritur 1. in fidejusso-
 re facultates, pro rei, quam actor postulat, qualitate sufficientes l. 2.
 & 5. ff. Qui satisd. cog. l. 1. ff. in jus voc. ut eant, & proin qui fidejusso-
 rem dare tenetur, inopem dare non potest; fallitur enim finis fidejusc-
 sionis, qui est securitas creditoris, quomodo autem provisum erit cre-
 ditori per inopem fidejussorem, cum inanis quercus frustra excutia-
 tur fides? ergò hic ferè ex nummis æstimatur juxta effatum Juven. :
 109 Quantum quisque suâ nummorum continet arcâ, Tantum habet
 & fidei. 2. Facilitatem conveniendi d. l. 2. & l. 7. in pr. ff. Qui satisd.
 unde idoneæ non sunt personæ superius à nobis exclusæ, Mulieres, Mi-
 nores, Milites, Servi, Clerici &c. l. 3. ff. b. n. t. l. 8. §. 2. qui satisd. ut
 nec illi, qui non sunt subjecti jurisdictioni ejus, coràm quo vocatus re-
 us, nisi caveant se fori præscriptione non usuros l. 7. qui satisd. l. 1. ff. si
 110 quis in jus voc. Et datis istiusmodi quoad facultatem convenien-
 di inhabilibus personis, iteratò & ex integro cavendum est, idque sive
 necessaria, sive voluntaria & conventionalis satisdatio fuerit d. l. 8. §.
 2. qui satisd. nec interest, sive sciverit, sive ignoraverit creditor. In quo
 differt

differt inhabilis conveniendi facultate ab inhabili fortunis, quod hoc, si à creditore accipiatur, satisfactum sit, eum admittens, idoneum eum comprobasse intelligatur *d. l. 3. ff. h. n. t. l. 10. Quis satisd.* nisi ejus conditionem creditor justè ignoraverit, quo casu in necessariâ cautione iterum satisfidandum *l. 4. ff. d. stip. prat. & l. 6. Quis satisd. cog.* in voluntariâ, actio ad interesse datur. *Zoës. ad tit. qui satisd. cog. n. 8. & 9.* Datum verò idoneum fidejussorem recusans creditor, & reo principali, & fidejussori injuriarum tenetur *l. 5. Quis satisd.* principali, quia sanè non quælibet injuria est, duci in jus eum, qui satis idoneum fidejussorem det *d. l. 5.* ipsi fidejussori, quod ejus existimationem apud viros bonos suggillavit, penes quos ejus fortunæ minus [habentur integræ. *Zoës. b. t. n. 11.* Perstrepunt J.C. subsellia & hâc quæstione: An satisfidatio iteranda sit, si fidejussori ab initio locupleti medio tempore calamitas insignis vel magna inopia accidat? Et videtur hoc velle *l. 10. ff. Quis satisd.* Rectius tamen distinguitur à Dd. inter satisfidationem, Necessariam & voluntariam, deque illâ, ut judicia facilius exitum suum consequantur, & ne illudatur edicto, quæsitum affirmatur, de hâc, quia periculum est creditoris fidejussorem acceptantis, negatur. *Alleg. Zoës. tit. Qui satisd. n. 10. Harppr. in pr. l. d. fidej.*

Atque sic de constitutione fidejussionis egimus; superest, ut de ejus dissolutione, & fidejussoris liberatione breviter nos explicemus. Extinguitur autem fidejussio iisdem modis, quibus principalis obligatio tollitur *l. 43. ff. d. solut.* Contingit ergò fidejussori liberatio, & & expirat ejus obligatio vel ipso jure, vel ope Exceptionis, & quidem 1. Solutione verâ ejus quod debetur *pr. l. Quib. mod. toll. obl. l. 36. & l. 71. in pr. ff. h. n. t. & l. 76. ff. d. solut.* sive ipse reus solvat *pr. l. Quib. mod. toll. obl. l. 43. ff. d. solut. l. 2. C. d. fidej. tut.* sive fidejussor *d. pr. l. vers. idem ex contr. l. 36. ff. h. n. t.* sive alius quicunq; rei debitoris nomine, vel ipso sciente, vel ignorante, vel etiam invito & prohibente *l. 23. 40. & 53. ff. d. solut.* idem effectus est ob signationis & depositionis ut supr. dictum *l. 64. ff. h. n. t.* Quemadmodum enim fidejussio sine principali obligatione non constituitur, ita sine eâ nec durare potest, & manifestum est, debito soluto, cautionem super eo interpositam fini-ri, cum acquisito sine semper cesset ratio causandi. 2. Acceptilatione *l. 5. ff. d. Accept.* quæ imaginaria solutio est *§. 1. l. Quib. mod. toll. obl. & solutionem imitatur, ut ars naturam Gothofr. ad d. l. 5.* sive ipsi prin-

cipali à creditore accepto latum sit arg. l. 7. §. 1. ff. d. Exc. Franc. c. 6.
n. 26. sive ipsi fidejussori, quod mirum videri non debet, quia quod
verbis contractum est, potest etiam verbis tolli l. 8. §. 3. ff. d. Accept. b.
35. d. R. 7. §. 1. I. Quib. mod. toll. obl. 3. Novatione l. 60. ff. §. l.
4. C. b. n. t. §. 3. I. Quib. mod. obl. toll. l. 1. §. 8. ff. d. novatt. si expressè
id fuerit actum l. ult. C. eod. & delegatione, quæ solutio dicitur in l. 8.
§. 3. ff. ad SC. Vell. l. 18. ff. b. n. t. §. ibi Gothofr. (Notandum tamen
hic obiter, nec invitum, nec invito delegari posse l. 1. §. 6. C. d. Novat.)
4. Confusione, veluti 1. si fidejussor principali, vel principalis fide-
jussori heres existat l. 5. l. 14. §. 24. ff. b. l. 3. ff. d. separat. l. 13. ff. d. duob.
reis. §. l. 93. §. fin. ff. d. solut. vel unus & debitori & fidejussori succe-
dat l. 24. C. b. n. t., quoniam quoties duæ qualitates incompatibiles
concurrunt, potentior tantùm & plenior attenditur, potentior autem
est principalis obligatio quàm accessoria Gothof. ad d. l. 5. ff. b. n. t. &
hinc, si reus fidejussori succedens, exceptione fidejussori competente
usus fuerit, in factum, aut doli mali replicatione submovebitur d. l. 14.
ff. b. 2. Si debitor creditori succedat, vel creditor debitori, quia nemo
potest pro eodem apud eundem obligatus vel mandator esse l. 21. §. 3.
§. l. 71. pr. ff. b. n. t. nisi factum sit inventarium, per quod omnia jura
heredi sunt integra, perinde ac si non adiiisset hereditatem l. fin. C. d.
jur. delib. vel 3. fidejussor creditori, vel contra d. l. 21. §. ult. ff. b. Idem
est, si venditor emtori successerit, nam & tunc fideiussores de evictione
caventes liberantur l. 40. ff. d. Eviçt. 5. Præscriptione l. 37. ff. b. n. t. l.
3. §. 4. C. d. præscr. 30. vel 40. ann. intellige, si utraque obligatio eodem
tempore fuit producta, si enim fideiussor ex postfacto accesserit, tan-
quam per agnitionem debiti fit interruptio l. 7. §. 5. C. d. præscr. 30. vel
40. ann. Treutl. vol. 2. d. 28. th. ult. l. D. 6. Temporis, ad quod se fide-
iussor obligavit, terminatione. Ex quo controversia illa, an proro-
gatio termini solutionis debitori à creditore facta fideiussori noceat,
(minus enim rectè ita formatur, An prorogato debitori à creditore so-
lutionis termino fideiussor liberetur, quasi idem sit desinere, quod
non incipere, mori, quod non nasci, cum per hanc prorogationem
obligatio finita aut finienda non resuscitetur vel renovetur Just. Meyer
in Coll. Argent. n. 38.) negativè decidenda, si modò in instrumento ob-
ligationis protestatus sit, se post tempus solutioni præfixum amplius
obligare nolle. Habn. h. t. n. 6. vers. quo casu post laps. p. 659. l. 29. §. ult.
ff. Mand.

ff. Mand. l. 27. C. h. n. t. & ad eam Cuj. in tr. d. div. temp. prescr. c. 13.
eodem modo pignus finitum dicitur *l. 6. in pr. ff. quib. mod. pign. vel
hypoth. solv.* etsi enim fidejussor non liberatur ipso jure, cum tempus
non sit modus legitimus finiendæ obligationis *l. 44. §. 1. ff. d. O. & A.
§. 3. I. d. V. O.* quia tamen is, qui tempus finiendæ obligationis sibi
præstitui permittit, tacitè pactus videtur, ne post illud tempus petat, ac
proinde per exceptionem pacti conventi, vel doli mali submoveri pot-
est *d. l. 44. §. 1. l. 56. §. 4. d. V. O.* perinde est, quasi ipso jure liberatus es-
set, qui sic promisit *arg. l. 66. & 112. d. R. J. Coll. Arg. d. n. 28. Zoës. n.
50. 7.* tempore duorum mensium elapso, si quis aliquem judicio sistere
sine scripto promiserit *d. l. 27. C. h. n. t.* 8. Transactione à reo factâ
l. 68. §. ult. ff. h. n. t. 9. Fidejussoris de non petendo pactione *l. 15. inf. ff.
h. n. t.* quod tamen aliis fidejussoribus non prodest *Boc. Cl. 2. d. 16. th.
ult.* 10. Remissione actionis ex stipulatu, fidejussori à creditore do-
nandi vel remunerandi causâ factâ *l. 10. §. ult. l. 12. pr. ff. Mand. II.
Morte, vel rei principalis, qui fidejussores judicio sisti dederat l. 4. Quæ
satisd. vel fidejussoris, si ita convenerit, ut uno fidejussorum è vitâ di-
scedente, debitor in locum ejus alium substituat §. 3. I. d. V. O. Franc.
c. 6. n. 176 cum seqq. Hering. c. 20. §. 10. n. 1. & seqq.* 12. Interitu rei
debitæ pro quâ fidejussor intercessit *l. 34. inf. ff. h. n. t.* modò sine cul-
pâ & morâ debitoris & fidejussoris res ea interierit *l. 19. ff. d. dol. mal.
l. 23. 24. & 88. ff. d. V. O. l. pen. ff. d. solut. Hering. c. 20. §. 27. n. 1. & 2.
Sin verò fidejussor rem interemerit, liberatur debitor d. l. 88. & re-
stituitur actio utilis in fidejussorem, quia aliàs reo liberato per-
consequentiam quoque fidejussor liberatus intelligitur *d. l. 19. ff. d. dol.
mal. l. 38. §. 4. ff. d. solut. l. 32. §. ult. ff. d. usur. & aliis modis, quos vi-
dere licet apud Hering c. 20.* Non tollitur contra 1. fidejussoris, 115.
creditori, ut debitorem ad solvendam pecuniam compelleret, factâ
denunciatione *l. 62. ff. h. n. t. 2. pignoris persecutione & venditione
l. 3. C. d. distr. pign. l. 9. & 25. C. h. n. t. 3. transactione fidejussoris
condemnati l. 7. §. 1. ff. d. transact. l. 23. §. 1. ff. d. cond. ind.* quo casu
tamen ex tali transactione solutum retineri, & in causam judicati
compensari potest *d. l. 23.* 4. Cessione debitoris, ut ex superioribus
constat. 5. Confiscatione bonorum principalis *l. 68. §. 1. ff. & l. 20. C. h.
n. t.* quia durat adhuc principale debitum. 6. Interitu rei, debitoris
morâ vel culpâ contingente *l. 23. & 91. §. 3. & 4. d. V. O.* etiamsi debi-*

tor ignorans se rem debere, eam interemerit *d. l. 91. §. 2.* nam nec sic fidejussor liberatur *l. 88. §. 1. 91. §. 4. d. V. O. 7.* Morte, vel debitoris condemnati *l. 5. pr. ff. Qui satisd. vel fidejussoris l. 24. C. b. n. t. vid. Hering alleg. loco.*

116. Restat ut quæ Fidejussioni cognata, & quæ contraria sunt, pau-
117. cissimis indicemus. Affinia sunt 1. Mandatum, si quis mandet ali-
cui pecuniam dari *l. 12. §. 14. ff. Mand. & ob affinitatem conjuncta in b. t.*
118. Conveniunt verò hæc duo 1. in genere remotiori, quod est contractus
I. d. obl. que ex cons. pr. I. d. V. O. j. l. 5. §. 2. ff. eod. 2. Causa efficiente, vo-
luntate sc. seu consensu *l. 1. §. 3. ff. d. pact. & consequenter in eo, quod*
qui rectè fidejudent, etiam mandare possunt. 3. materiâ, quæ sunt
obligationes naturales, vel civiles, non ex contractu solum, sed & deli-
cto, nam præter principalem etiam mandator ab eo, in quem delictum
commissum est, conveniri potest *l. 5. C. d. Accus & Inscriptis.* quamvis à
mandatario non possit, propterea, quod turpium, qualia delicta sunt,
nullum existimetur mandatum. 4. fine, securitate nimirum creditoris,
in quam ille utrumq; & mandatorem & reum obligatum habet *l. 27. in*
f. §. 1. 53. ff. Mand. l. 13. ff. b. n. t. 5. Effectu, qui cernitur in obligatione tam
activâ, quàm passivâ, *pass. his duob. tit. & ex illâ descendente mand. a-*
ctione contra principalem *l. 10. §. 11. §. 18. Mand. ut & participatione*
beneficiorum, ordinis *Nov. 4. c. 1. Divisionis l. ult. C. d. constit. pec. &*
cedendarum actionum, tum contra principalem l. 27. in f. l. seq. ff.
Mand. l. 13. ff. b. n. t. tum contra eos, qui idem mandaverunt *l. 41. b. &*
119. 6. plerisque solvendi modis. Differunt tamen 1. Formâ essentiali,
quod mandatum nudo consensu, & exinde non tantum coram & in-
ter præsentibus, sed etiam inter absentes, per epistolam seu nuncium,
contrahatur *l. 1. in pr. §. 1. l. 27. in pr. ff. Mand. l. 2. §. 2. ff. d. O. & A.*
unde ista enunciatio, qui rectè fidejudent, etiam mandare possunt, non
est reciproca & convertibilis, ut ex superioribus intelligi potest, quam-
vis concedendum sit, in hoc participare aliquantulum de formâ, quod
accedat alieno contractui Mandatum, non secus ac fidejussio *l. 19. C. b.*
n. t. & hinc inde. 2. Accidentali, quod Mandatum regulariter non nisi
præcedat obligationem *l. 17. §. 14. ibiq; Gotb. ff. Mand. fidejussio & præ-*
cedat & sequatur *supr. citatis l. 1.* 3. Adjunctis, quod hæc sit stricti juris,
illud bonæ fidei *§. 28. I. d. Act.* 4. Effectu, in eo, quod mandatum credi-
tori contra mandantem actionem pariat mandati, fidejussio verò con-
tra

era fidejussorem actionem ex stipulatu *d. l. 27. inf. Mand. § l. 13. ff. b. n. t. pr. l. d. V. O.* 2. Constitutum, quod quantum ad præsens, ^{120.} est, quando aliquis se soluturum constituit, quod alius debet *l. 1. §. 1. § l. 28. ff. d. const. pec.* Communis est huic cum fidejussione ^{1. 121.} *Causa Efficiens. l. 1. in pr. ff. d. const. pec.* & per hoc ii qui constituere nequeunt, nec ad fidejubendum admittuntur, ut infantes, furiosi, prodigi, qui voluntatem non habent *d. d. textib9, pupilli l. 1. §. 2. d. t. d. const. pec. foeminae l. 1. §. 1. eod. § c. 2.* Materia, accedit namque debito ex quacunque causâ contracto *l. 1. §. 6. sive naturali soli, sive etiam civili §. 7. etiam actioni honorariæ §. 8. sive ex conventionem fluat d. §. 6. sive ex delicto, v. g. furti, bonorum raptorum l. 29. d. t.* 3. Forma Accidentalitatis seu modus, nempe quod pro absente & invito ut fidejuberi, ita & constituti potest *l. 27. eod.* quod constituens & fidejussor in levio- rem causam obligare se queunt *l. 13. 19. §. 1. d. t. non in durio- rem, l. 11. l. seq. § l. 19. in pr. eod.* quem naturalem esse constituti modum *Boc. Cl. 2. d. 17. tb. 18.* dicit. 4. Finis, nam & constitutum firmandæ alterius obligationis causâ adhibetur, & ob id, ubi quis pro alio constituit se soluturum, adhuc is, pro quo constituit, creditori obligatus manet *l. 28. ff. ist. tit. l. 15. ff. d. in rem vers.* 5. Effectus, quoad beneficia Exceptionum, ordinis, *Nov. 4. c. 1. § arg. l. fin. C. d. const. pec.* & divisionis *d. l. ult.* quemadmodum & repetitio soluti à principali debitore per actionem vel mandati vel negotiorum gestorum *Schneidew. ad d. §. 9. n. 30.* & 6. Quidam solvendi modi *l. 18. §. ult. ff. d. t.* ^{122.} **Distin-** guuntur 1. Genere, quod in fidejussione est contractus, in constituto pactum *§ 9. I. d. Act. l. 1. in pr. § l. 14. §. ult. ff. d. const. pec.* de quo tamen apud Dd. adhuc controversitur *Vid. Boc. Cl. 2. disp. 17. tb. 1. lit. B.* 2. Formâ essentiali, quod constitutio mero consensu, fidejussio vero solemnibus verbis perficiatur. *d. l. 1. § 14.* 3. Quoad formam accidentalem in his, quod fidejussio & præcedat & sequatur principalem obligationem, constitutum semper sequatur *l. 11. l. 18. §. 1. ff. l. 2. in pr. circ. med. C. d. const. pec.* quod aliud pro alio constituere permissum fit *l. 1. §. 5. d. t.* non in aliud fidejubere: quod, si decem principaliter debitis decem & Stichus constituantur, quoad decem constituens teneatur *l. 12. ff. d. const. pec.* quo casu obligatio in fidejussore nec in 10. valet *l. 8. §. 8. ff. b. n. t.* quod denique principali in diem obligato constituens purè eadem vel ceteriore die se soluturum obligari possit *l. 3.*

- inf. § l. 4. ff. d. const. pec.* & hunc accidentalem constituti modum Boc. nominat *tb. 23. & 4.* Effectu, nam constitutum parit ex jure prætorio obligationem & actionem *§. 8. & 9. I. d. Act. l. 1. in pr. ff. d. const. pec.* quæ vocatur de constitutâ pecuniâ *d. §. 8. & 9. constitutæ pecuniæ l. 1. & 2. C. d. t. l. 33. ff. d. donat. constitutoria & constituta l. 20. ff. & l. 2. §. 1.*
123. *C. ist. tit. 3.* Expromissio: quæ quantumvis idem habeat genus, eandem causam efficientem, materiam, finem etiam eundem, immò eandem habere videatur formam, dum verborum solennium interventu, tanquam novatio quæ extrajudicium fit, perficitur *l. 1. §. 1. ff. & l. 1. C. d. Novat. Wesenb. d. nov. n. 6.* & hinc eandem creditori actionem sc. ex stipulatu pariat, nihilominus tamen minimè omnium cognatione fidejussionem attingit, sed potius eidem contrariatur, cum eâ pugnat, & eam perimit, eximendo principalem debitorem, & illius obligationem in expromissorem transferendo *l. 8. §. 8. l. 13. ff. ad SC. Vell. l. 4. ff. d. cond. caus. dat.* quapropter nullo modo accessionis nomen mereatur, & in sequenti potius quàm in hâc classe collocanda erit. Deinde expromissor & in eo à fidejussore differt, quod expromissor pro se ipso potest expromittere *l. 11. §. 1. ff. d. pecul. l. 13. in pr. ff. ad SC. Vell.* fidejubens pro se fidejubere non potest *l. 2. §. 21. ff. h. n. t.*
125. Contraria Fidejussioni sunt 1. generaliter quæ & aliis contractibus inimica sunt, ut Error *l. 37. ff. h. n. t. l. 57. ff. d. O. & A.* quod omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi verâ & certâ scientiâ perfici possint *l. 76. d. R. J. errantes autem non consentiant l. 15. ff. d. jurisd. l. 2. in pr. d. judic. l. 116. d. R. J. l. 9. C. d. I. & F. I.* Vis & metus, quibus nihil magis contrarium est consensui *d. l. 116. d. R. J. l. 1. ff. Quod met. caus. dolus l. 9. C. d. inut. stip.* Contractus item, cui lex occurrit *l. 46. ff. h. n. t. & res turpis & inhonesta l. 70. in f. ff. h. t.* Specialiter fidejussionem respuunt actio popularis *l. 56. §. ult. eod.* dotis causa *l. 8. C. d. pact. conv. l. 2. C. Ne fidej. vel Mand. dot. dentur.*
126. Differentia tamen inter hæc est, quod quædam ab initio impediunt fidejussionem, ut error, contractus, cui lex occurrit, res turpis, actio popularis, & dotis causa; alia constitutam tollant, ut metus, nam & qui
127. vi metuve cogitur, consentit, & coacta voluntas etiam voluntas est *l. 21. §. pen. ff. quod vi met. caus. l. 22. ff. d. R. N.* Dolus, qui quidem b. f. contractus, quibus causam dat, ipso jure nullos facit *l. 3. §. fin. ff. pro soc. stricti verò juris, qualis est fidejussio, per exceptionem rescindit. l. 36. d.*

V.O.

Vol. 5. C. d. inut. stipul. l. 3. C. d. don. ant. nupt. & tandem solutio;
de qua prioribus pagellis satis actum esse reor. Verum, cum Orato-
rum proverbio non solum dicere, sed & desinere artis sit, quoniam
ex priori causâ laudem mihi promittere non possum, ex posteriori ut
consequar, finio, rudi calamo vix concedens tantillam temporis,
quod sufficiat exprimendis tribus
verbis:

Hic terminus esto!



MANTISSÆ

Loco vacanti paginæ tumultuariâ ope-
râ hæc adjiciantur.

1.

AN homine non lapsa aliqua Reip. species fu-
isset? Negat Vir quidam Magni nominis,
sed Nos Affirmativam in presentiarum defen-
derenon dubitamus.

2.

Dominatum priorem regno cum Bodino lib.
1. d. Rep. c. 6. Et 4. c. 1. statuimus.

3.

Non male Hyppol. à lapide p. 1. c. 1. Rerump.
Species essentialiter ab invicem differre, scribit.

4. Quo-

4.
Quomodo distinctio Majestatis in Maj. secundum longitudinem & in Maj. secundum latitudinem cum definitione ejusd. subsistat, non video.

5.
Princeps Regni patrimonium alienare non potest.

6.
Legati ad hostes nostros missi inviolabiles non semper reputantur.


7.
Non semper medium in laude, nec extremum in vitio ponitur.

FINIS.



A 54567

ULB Halle 3
003 637 700



R

Sb1

12

VD 17



TYROCINIUM JURIDICUM
De
**FIDE JUSSO-
RIBUS.**

Quod
Fortunante Benignissimo Numine
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
DOMINO FRIDERICO,
Duce Saxoniae, Juliaci, Cliviae
ac Bergae &c.
Consensu Magnifici ac Nobilissimi, in Inclutâ LL. Nutrice
Salanâ, Jctor. Ordinis,
PRÆSIDE
Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo, atq; Excellentissimo
DN. ERNESTO FRIDERICO
SCHRÖTERO J. U. D. & Professore Publico Fa-
migeratissimo, Consiliario Saxonico Eminentissimo, Facult. Juri-
dicae ut & Scabinatus Assessore Gravissimo, Patrono, Præceptore, &
Promotore piè æviternum devenerando
PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTET
In Acroaterio Jctor.
Horis consuetis
Die Decembr.
WOLFGANGUS FRIDERICUS Stromeyer
Ulmensis Suevus.
ANNOM. DC. LIV.
JENÆ,
TYPIS JOHANNIS NISII.

